F à suis. Zelotarum autem quicunque vulneratus fuisset, in templum ascendebat, sacram humum cruore perfundens, vt solo eorum sanguine violatam religionem rectè quis dixerit. Semper quidem latrones excurrendo in congressionibus prævalebant. Irati verò populares, proficiente quotidie numero suo, cùm desides increparent, quíque à tergo sequebantur, non aperiendo fugientibus viam inuitos eos repugnare compellerent, vniuersos quidem suos in hostes conuertunt.
G illis autem, quia vim ferre non poterant, paulatim ad templum recedentibus, irrumpit vnà cum sociis Ananus. Vnde factum est, vt eos quòd ambitu exteriori expulsi essent, metus inuaderet: ideóque in murum interiorem fuga recepti, maturè ianuas occluderent. Verùm Anano portis quidem sacris manus afferre non placebat, hostibus quoque desuper tela torquentibus, nefas esse existimanti, etiamsi vicissent,

non lustratum priùs populum introducere. Ex omni autem suorum multitudine sex ferè armatorum millia sortitus, custodes eos in porticibus collocat. his autem qui succederent, in excubiis alios per ordinem ponit. Multi autem honestorum ab optimatibus ad id electi, mercede conductos pauperes vice sua præsidiis destinabant. Fit autem his omnibus exitij causa Ioannes, quem ex Giscalis effugisse prædiximus: is enim dolis plenus, & vehementem dominationis cupiditatem mente circumferens, iamdudum rebus communibus moliebatur insidians. Itaque tunc eadem quæ populus sentire se simulans, aderat Anano: tam diebus cum proceribus capienti consilium, quàm noctibus peragranti custodias: omniáque secreta Zelotis renunciabat: nullúmque populi consilium non prius quàm caperetur, inimici sciebant eius indicio. immoderatis verò & Ananum, & populi principes placabat obsequiis, ne in aliquam suspicionem veniret affectans. Sed hæc eius honorificentia in contrarium vertebatur. Erat enim ex adulationum varietate suspectior: eóque ipso quòd etiam non accitus assiduus erat, arcanorum proditor habebatur. Etenim perspiciebat Ananus, omnia sua consilia hostes intelligere. & quæ Ioannes faceret, suspicionem proditionis habebant. submouere autem illum non erat facile, neque possibile, quòd malitia præualeret: ac præter hoc multorum non ignobilium, qui summis rebus adhibebantur, patrocinio succinctus erat. Visum est igitur ab eo sacramentum beneuolentiæ causa peti: nihilque dubitans, & fidem populo se seruaturum iurauit, neque factum eius inimicis vllum, neque consilium proditurum: vnáque deponendis rebellibus, & manu & voluntate operam collaturum. Itaque Ananus eiúsque socij, quoniam iurato crediderunt, nulla iam suspicione suis eum consiliis adhibebant: móxque ab iisdem concordiæ causa legatus intromittitur ad Zelotas. curæ namque habebant, ne fanum culpa sua pollueretur, néve quisquam in eo procumberet Iudæorum. Ille autem, quasi Zelotis ac non contrà pro beneuolentia iurauisset, ingressus, ad eos, medius constitit: & sæpe quidem se illorum causa in magno periculo fuisse dixit, ne quid secretorum ignorarent, quæ in eos Ananus cum sociis cogitasset. nunc autem ingens cum ipsis omnibus subiturum esse discrimen, nisi diuinum quoddam præstò fuerit auxilium. nihil enim iam morari Ananum: sed persuasisse quidem populo, ad Vespasianum legatos mittere, vt ad capiendam ciuitatem quamprimum venire properaret, indixisse autem lustrationem postero die, vt religione simulata intromissi, vel etiam vi prælio manus conferrent. Se autem non videre, quàm diu aut obsidionem sustinebunt, aut cum tanta manu acie congredientur. Ad hæc addebat, quòd ipse Dei prouidentia transactionis esset causa legatus. hanc enim spem Ananum his proponere, quo nihil suspicantes eos subitò aggrederetur. Itaque oportere, si quis habendam vitæ rationem duceret, aut obsidentibus supplicare, aut foris aliquod

μὴ φθησηνδικὸς εἰσάγειν τὸ πλῆθος, ἀκκληρώσας δ' ἐκ πάντων εἰς ἑξακισχιλίους ὁπλίτας, καθίστησιν ὅπῃ ἂν τοῖς φρουροῖς, διεδέχοντο δ' ἄλλοι τούτους. ἦν παντὶ μὲν ἐν ἀνάγκη παρεῖναι πρὸς τὴν φυλακὴν, ἐκ περιόδου. πολλοὶ δ' ἦσαν ἐξιώμασιν ἀφεθέντες ὑπὸ τῆς ἀρχῆς δοκούντων, μισθάρνοι πενιχροτέροις αἰθ' αὑτῆς, ὅτι τὴν φρουρὰν ἔπεμπον.

Κεφάλαιον ιε.

Γίνεται δὲ τούτοις πᾶσιν ὀλέθρου παράπτοις ἰωάννης, ὃν ἔφαμεν ἀπὸ γισχάλων ἀφεστάναι, δολιώτατος ἀνὴρ, καὶ δεινὸν ἔρωτα τυραννίδος ἐν τῇ ψυχῇ φερόμενον, ὃς πόρρωθεν ἐπεβούλευε πράγμασι. καὶ δή ποτε τὰ τοῦ δήμου φρονεῖν ὑποκινούμενος, συμμαθητὴς μὲν τῆς ἀναίας, βουλευομένῳ μὲν σὺν τοῖς δυνατοῖς μεθ' ἡμέραν, καὶ νύκτωρ ὁπόταν τὰς φυλακὰς διήγγελλε δὲ τὰ ἀπόρρητα τοῖς ζηλωταῖς, καὶ πᾶν σκέμμα τοῦ δήμου πρὸν καλῶς βουλευθῆναι, πρὸ τοῖς ἐχθροῖς ἐμηνύσκετο δὲ αὐτῷ. μηχανώμενος δὲ τὸ μὴ δι' ὑποψίας ἐλθεῖν, ἀμύτησις ἐχρῆτο τῇ θεραπείαις, εἴς τε τὸ ἄναον, καὶ τοὺς τοῦ δήμου προεστῶτας. ἐχώρει δὲ εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τὸ φιλότιμον. διὰ γὰρ τὰς ἀλόγους κολακείας μᾶλλον ὑπωπτεύετο, καὶ τὸ πανταχοῦ παρεῖναι μὴ καλούμενον, ἔμφασιν προδοσίας τῆς ἀπορρήτων παρεῖχε. συνεώρων μὲν γὰρ, αἰσθανομένους ἅπαντας τοὺς ἐχθροὺς, τὰ παρ' αὐτοῖς βουλεύματα, πιθανώτερος δὲ ἐδόκει τοῦ ἰωάννου πρὸς ὑποψίας τοῦ διαγγέλλειν. ὑποπτεύσασθαι μὲν οὖν αὐτὸν οὐ ῥᾴδιον, ὄντα δυνατὸν ἐν πανηγείας, καὶ ἄλλως ὑπὸ τῆς ἀσθμῶν, ὑπεζωσμένῳ τε πολλοὺς τῶν συνεπιόντων τοῖς ὅλοις. ἐδόκει δ' αὐτὸν ὅρκοις πιστώσασθαι πρὸς σύνοιαν. ὤμνυε δ' ὁ ἰωάννης ἑτοίμως, σύνοισειν τε τῷ δήμῳ, καὶ μήτε βουλεύσειν τινα, μήτε πρᾶξιν προδώσειν τοῖς ἐχθροῖς, συγκαλύπτειν τε τοὺς ὑπεναντίους, καὶ χειρὶ, καὶ γνώμῃ. οἱ δὲ πρὸς τὸν ἄναον πιστεύσαντες τοῖς ὅρκοις, ἤδη χωρὶς ὑποψίας, εἰς τὰς συμβουλίας αὐτὸν παρελάμβανον. κἀ δή κ' ἐφεσβούτῳ εἰσπέμπουσι πρὸς τοὺς ζηλωτὰς, πρὸς διαλύσεων. ἦν γὰρ αὐτοῖς σπουδὴ, τὸ παρ' αὐτοῖς μὴ μιαίνειν ἱερὸν, μὴ δέ τινα τῶν ὁμοφύλων ἐν αὐτῷ πεσεῖν. ὁ δὲ ὥσπερ τοῖς ζηλωταῖς ὑπ' δυνοίας ὁμόσας, καὶ ὑ κατ' αὐτῷ, παρελθὼν εἴσω, καὶ καθεσθεὶς εἰς μέσους, πολλάκις μὲν ἔφη κινδυνεύσαι δι' αὐτοὺς ἵνα μηδὲν ἀγνοήσωσι τῆς ὑπορρήτων, ὅσα κατ' αὐτῷ οἱ πρὸς τὸν ἄναον ἐβουλεύσαντο. νυῦ δ' τὸν μέγιστον ἀναρριπτεῖν κίνδυνον σὺν πᾶσιν αὐτοῖς, εἰ μή τις προσηλύοιτο βοήθεια δαιμόνιος. ὑ γὰρ ἐπὶ μέλλειν ἄναον, ἀλλὰ πείσαντα μὲν τὸν δῆμον πεπομφέναι πρέσβεις πρὸς ὑεσπασιανὸν, ἵνα ἐλθὼν κατὰ τάχος πρὸς λάβῃ τὴν πόλιν. ἀγνοίαν δ' παρηγγελκέναι κατ' αὐτῷ εἰς τὴν ἑξῆς ἡμέραν, ἵνα ἢ κατὰ θρησκείαν εἰσιὼν θόντες, ἢ βιασάμενοι, συμμίξωσιν αὐτοῖς. ὑχ ὁρᾶν δ' μέχρί τινος ἢ τὴν φευξεῖν οἴσουσιν, ἢ προσλάξοντας πρὸς τοσούτους. πρεσπείθει δ' ὡς αὐτὸς εἰσπεμφθεὶς κατὰ θεῦ πρόνοιαν ὡς πρεσβευτὴς ὑπὲρ διαλύσεως. τὸν γὰρ ἄναον ταύτας αὐτοῖς προτείνειν, ὅπως ἀόπλοις ἐπέλθῃ. δεῖν οὖν ἢ τῷ λόγῳ τοῦ ζῆν τοῖς φευξουμένους ἱκετεύειν, ἢ προϊέσθαι τινα

προ-

πρὸ τῆ ἐξωθεν ὑπουσίαν. τοὺς ἢ θαλπομένους ἐλπὶ συγχωρήσεως οἱ κρατηθέντες, ὑπολήψεσθαι τῆ ἰδίων ἁμαρτημάτων, ἃ νομίζειν ἅμα τῆ μεταγνῶναι τοὺς δεδρακότας, δικαίως ὀφείλειν διαλλαχθῆναι καὶ τοὺς παθόντας. ἀλλὰ τῆ μὲν ἀδικησάντων ὀλίγα μίσους πολλάκις γίνεσθαι, καὶ ῥᾳ μεταμέλειαν. τοῖς ἀδικηθεῖσι ἢ τὰς ὀργὰς ἐπ' ἐξουσίας χαλεπωτέρας. ἐφεδρεύειν ἢ ἀεὶ σκέπτοις, φίλοις καὶ συγγενεῖς τῆ ὑπολωλότων, καὶ δῆμον τοσοῦτον ὑπὸ καταλύσεως νόμων ἐν δικαστηρίων τεθυμωμένον, ὅπου καὶ ἡ τὶ μέρος ἐλέους ὑπὸ πλείονος αὖ αὐτὸ ῥᾳ ἀκαταπαύστου ἀφανισθῆναι. τοιαῦτα μὲ ἐποίκιλλεν ἀθρόως διαστόμους. ἐν ῥ ἔξωθεν βοήθειαν ἀσφαλὲς μὲν ἂν ἐθάρρει λέγειν, ἠνίασετο δὲ τὸς ἰδουμαίους. ἵνα ἢ καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῆ ζηλωτῆ ἰδίᾳ παροξυνῇ, ῥ ἧττον εἰς τὸ ὠμότητα διέβαλλε, ἐν ἀπειλεῖν σκέπτοις ἀχαρίστους ἔλεγεν. ἦσαν ἢ ἐλεάζαρος μὲν υἱὸς σίμωνος, ὃς δὴ καὶ πιθανότατος ἐδόκει τῆ ἐν αὐτοῖς, νοῆσαί τε τὰ δέοντα, καὶ ἃ νοηθέντα πρᾶξαι. ζαχαρίας τε υἱὸς φαλέκη, γένους ὢν τῶ ἱερέων ἐκάτερθεν. ἀμφοτέροις ῥ κοινὰς τὰς ἰδίας καθ' αὑτῶ ἀπειλὰς ἀκούσαντες, ἔπ δ' ὡς οἱ πρὸ τὸν αἴτιον δυνάσειαν ἑαυτοῖς προσποιούμενοι ῥωμαίοις ὑπεκκλοῖντο, καὶ γὰ τοῦτο ἰωάννης προσεψεύσατο, μέχρι πολλῶ μὲν ἠπόρουν, τὸ τί χρὴ πράττειν εἰς ὄψιν ἥκοντος ἐκείνου. παρεσκευάσθη μὲν γὰ ῥ δῆμον ὑπὸχειρῶν αὐτοῖς, ἵνα εἰς μάχεσθαι, αὐτῶ δὲ τὸ σιώπωνον τῆς ὑπερβολῆς ὑποστρέφεσθαι τὰς ἔξωθεν ὑπουσίας. πάντα γὰ ἂν φθορᾶς παθεῖν, πρὶν καὶ πυθέσθαι τινὰ ῥ συμμάχων, ἔδοξε δ' ὅμως ὑπεκκλεῖσθαι τοὺς ἰδουμαίους. καὶ γράψαντες ὑπισχνεῖσθαι σιώπωνοι, ὡς ἄκοντος προδιδοῖεν ῥωμαίοις ῥ μητρόπολιν ἐξαπατήσαντες τὸν δῆμον. αὐτοὶ δ' ὑπὸ ῥ ἐλευθερίας ὄπως ἄλλως ἐν τῶ ἱερῶ φρουρεῖντο, ὀλίγος δ' ἐπ χρόνος αὐτοῖς βραβεύει τὴν σωτηρίαν. εἰ δὲ μὴ βοηθήσειαν ἐκεῖνοι καῖ τάχος, αὐτοὶ μὲν ὑπ' ἀνάγκης τε καὶ τοῖς ἐχθροῖς, ἡ πόλις δ' ὑπὸ ῥωμαίοις φθάσει γενομένη. τὰ ἢ πολλὰ, τοῖς ἀγγέλοις ἐπετέλλοντο πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῆ ἰδουμαίων ἐκκλήτους. προεβλήθησαν δ' ὅτι τὴν ἀγγελίαν, δύο τῆ δρασκελῶν ἀνδρῶν, εἰπεῖν τε ἱκανοὶ, καὶ πεῖσαι πρὸς προσταγμάτων, τὸ ἢ τούτων χρησιμώτερον, ὠκύτητι ποδῶν ἐκφέροντες. τοὺς μὲ γὰ ἰδουμαίους αὐτόθεν ἤδεισαν πειθησομένους, ἅτε θορυβώδεις καὶ ἄτακτον ἔθνος, ἀεί τε μετέωρον πρὸς τὰ κινήματα, καὶ μεταβολῆς χαῖρον, πρὸς ὀλίγην ἢ κολακείαν τ' δορυφόρων τὰ ὅπλα κινοῦσι, καὶ καθάπερ εἰς ἑορτὴν εἰς τὰς προπαρασκευὰς ἐπειγόμενον. ἔδει ἢ τάχους εἰς τὴν ἀγγελίαν, εἰς ὃ μηδὲν ἐλλείποντες προθυμίας οἱ πεμφθέντες, σκαλεῖτο δ' αὐτῶ αἰτίας ἐκάτερος, ἐν δὴ πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῆ ἰδουμαίων παρῆσαν.

Κεφάλαιον ις.

ΟΙ ἢ πρὸς τὴν ὑποστολὴν, καὶ τὰ ῥηθέντα προπ' ἀφηγμένων σκιαγραφῆς, ὥσπερ ἐμμανεῖς πανδήμου τε τὸ ἔθνος, καὶ διεκήρυσσον τὴν στρατιάν. ἤθροιζο δ' ἡ πληθὺς τάχιον τὸ προαγγέλματος, καὶ πάντες ὡς ἐπ' ἐλευθερίᾳ τῆς μητροπόλεως ἥρπαζον τὰ ὅπλα. συνταχθέντες δ' εἰς δύο μυριάδας. παρεγένοντο πρὸς τὸ ἱεροσόλυμα, χιλίοις τεσσαράκοντα ἡγεμόσιν, ἰωάννῃ τε, καὶ ἰακώβῳ παιδὶ σωσᾶ. πρὸς ἢ τούτοις νἱῶ, σίμωνι υἱὸς καθλᾶ, καὶ φινέᾳ

præsidium petere. Quos autem si victi essent, veniæ spes foueret, immemores audaciæ suæ credere, simul ac factores pœnituerit admissorum, in gratiam statim eos qui perpessi sunt redituros. Sed nocentium quidem sæpe inuisam etiam pœnitudinem fieri, læsis autem iram in licentia sæuiorem: imminere autem illis ait interfectorum amicos atque cognatos, totúmque populum pro dissolutis legibus ac iudiciis indignatione flagrantem: vbi etiam si qua pars misericordiæ fuerit, maiori iam irascentium turbæ cessuram. Talia quidem variabat Ioannes, terrorem incutiens multitudini: externum verò auxilium apertè quidem indicare quod diceret non audebat: Idumæos autem significabat. vtque principes Zelotarum priuatim etiam commoueret, crudelitatis Ananum arguebat, ipsis eum maximè minitari confirmans.

CAP. VI. Idumæorum aduẽtus pro Hierosolymitanis & acta.

ERant autem Eleazarus Simonis filius, qui etiam præter alios idoneus esse videbatur & rectè consulere, & quæ consuluissent efficere, itémque Zacharias filius Amphicali, vterque à sacerdotibus genus ducens. Hi præter communes etiam priuatis interminationibus cognitis, quódque Anani factio potentiæ sibi comparandæ causa Romanos accerseret (nam & hoc Ioannes affinxerat) diu quidem quid agerent dubitabant, angustiis temporis concluſi. populum enim haud multò pòst eos aggredi paratum esse cogitabant: externi verò subsidij facultatem, insidiarum sibi celeritate præreptam: priúsque fore vt omnia paterentur, quàm auxiliarium quisquam ista cognosceret. aduocari tamen Idumæos placuit. scriptáque breuiter epistola, quòd circumuento populo Ananus vellet Romanis metropolim prodere: ipsi autem pro libertate dissidentes, in templo obsiderentur: minimúmque temporis salutem sibi promitteret: ac nisi maturè subuenirent, ipsos quidem Anano atque inimicis, at verò ciuitatem Romanis ilicò subiugandam: pleraque nuntiis ad rectores Idumæorum referenda mandant. Ad hoc autem lecti sunt duo viri strenui & dicendi peritissimi, & ad persuadendum satis idonei: quódque his rebus esset vtilius pedum velocitate præstantes. nam Idumæos confestim parituros certum erat, quòd turbarum cupiens & incondita esset natio, semperque ad motus facilis atque suspensa, & rerum mutationibus læta, minimísque petentium blanditiis ad bella promptissima: & velut ad festorum quandam solennitatem, sic ad prælia properans. celeritatem autem nuncij exigebant: atque istis nihil deerat alacritatis: vterque autem Ananias vocabatur: iámque apud rectores aderant Idumæorum. Illi autem simul epistola mandatísque attoniti, quasi furibundi circumcursare gentem, militiámque denunciare cœperunt. Itaque mox & dicto citius multitudo conuenerat, omnésque pro libertate metropolcôs arma rapiebant. Congregati autem propè XXX M. cum ducibus quatuor Hierosolymam veniunt: hoc est Ioanne & Iacobo Sosæ filiis, & præterea Simone Cathlæ & Phinea

Cluſoth filiis. Ananum autem profectio legatorum, itémque vigiles eius latuit, ſed non etiam Idumæorum aduentus, hoc enim antè cognito, portas eis clauſit, & muris cuſtodes appoſuit. non tamen viſum eſt bello cum his congredi, ſed verbis eis antè perſuadere concordiam. Stans ergo in aduerſa turri Ieſus, poſt Ananum æuo pontificum maximus: Cùm multæ, inquit, & variæ turbæ tenuerint ciuitatem, in nulla re ſic miranda fortuna eſt, vt in eo quòd peſſimis etiam inopinata conſpirant. etenim perditiſſimis hominibus contra nos auxilio veniſtis, tanta cum alacritate, quanta nec in Barbaros aduocante vos metropoli venire decuiſſet. Et ſi quidem viderem conſenſionem veſtram ſimilem eſſe horum hominum qui vos rogauerunt, non exiſtimarem impetum carere ratione. nihil enim æquè ac morum cognatio concordiam firmat. Nunc verò illi quidem, ſi quis eorum ſingulos exploraverit, mille mortibus digni reperientur: nam ludibria & purgamenta totius ruſticæ plebis, luxu abſumptis patrimoniis ſuis, poſtquam in vicis & ciuitatibus proximis audaciam exercuêre, poſtremò in ſacram ciuitatem clàm influxêre vt latrones, ſolúmque religioſum immanitate polluerunt ſceleratum, eósque videas ſine metu inter ſancta ebrios, & auiditate vêtris peremptorum ſpolia conſumentes. veſtra verò multitudo armatorúmque talis ornatus eſt, qualem deceret eſſe, ſi publico vos conſilio metropolis inuitaret, in alienigenas laturos auxilia. quid igitur hoc eſſe quis dixerit, niſi fortunæ iniuriam: cùm pro nequiſſimis conuenisſe & integræ nationis veſtiæ arma videantur conſpirare? Iamdudum quidem repetire nequeo, quidnam fuerit quòd vos tam cito commouerit. nec enim ſine magna cauſa fieri potuiſſet, vt arma pro latronibus aduerſus cognatum populum caperetis. quid? Romanos auditis & proditionem? his enim quidam veſtrûm obſtrepebant nunc, liberandæ metropoleos cauſa veniſſe dicentes. vnde mirati ſumus præter alia, noxiorum tale commentum. viros enim natura libertatis amatores, eóque cum externis hoſtibus pugnare paratiſſimos, aliter contra nos efferare nō poterant, quàm vaſtatę libertatis proditione mentita. Sed enim vos conſiderare oportet, qui nos inſimulauerint, fidémque in nos veritatis ex rebus communibus, non ex ficto ſermone colligere. Quid enim paſſi, nunc demum nos dedimus Romanis, cùm ab initio liqueriť aut ab his non deficere, aut quia defecimus, citò redire in gratiam, priuſquam circa nos omnia vaſtarentur? namque iam, ne volentibus quidem nobis, tranſactio facilis eſt: cùm & ſuperbos eos effecerit Galilæa ſub iugū miſſa: mortéque grauiorem afferat turpitudinem, appropinquantes placare. Equidē quod in me eſt, pacem morti antepono. ſemel autem bello appetitus, poſtquam pugna commiſſa eſt, glorioſam mortem vita captiui exiſtimo potiorem. Sed vtrum nos populi principes aiunt eiā miſiſſe aliquē ad Romanos, an etiam totum populum communi ſuffragio? Siquidē nobis dicant, quos amicos miſerimus,

κλυσώθω. τ ἢ ἄναγον, ἡ μὲ ἔξοδος τ ἀγγέλων, ὥσπερ κ τὰς φύλακας ἔλαθεν ἡ δ' ἔφοδος τ ἰδυμαίων, ἀπ ἐπροῆνες γὰρ ἀποκλείσας πύλας αὐτοῖς, κ ὅλα φυλακῆς εἶχε τὰ τείχη. καθάπαξ μὲν αὐτὰς ἐκπολεμεῖν ἀπ ἔδοξεν, ἀλλὰ λόγοις πρεῖθειν πρὸ τ ὅπλων. φασὶ οὖν ὅτι τὸν ἀπικρὶς αὐτ πύργον, ὁ μ ἄναγον γεραίτατος τ ἀρχιερέων ἰησοῦς, πολλῶν ἴφη ⸂ ποικίλων τὴν πόλιν κατεχηκότων θορύβων, ἐν ᾧ δενὶ θαυμάσαι τὼ τύχῳ ἔστιν, ὡς τ συμπεράτειν τοῖς πονηροῖς ⸂ τὰ εὐδόξα. παρεῖναι γοῦν ὑμᾶς, ἀνθρώπους ὁπλεσάτους μ τοσαύτης προθυμίας ἐπαμυνοντας καθ' ἡμ, μεθ' ὅσης εἰκὸς ἦν ἐλθεῖν, ἀδὲ τ μητροπόλεως καλέσης ὅπ τοὺς βαρβάρους. κ εἰ μὲν ἑώρων τ συνταξιν ὑμ ὁμοίων τοῖς καλέσασιν ἀνδρῶν, ἀπ ἂν ἄλογον τὼ ὁρμὼ ὑπελάμβανον. ᾠδὲν γὰρ ἔτως συνίσησι τὰς οἰκείας, ὡς τέκτων συγγένειαν. νῦν ἢ εἴ μ τις αὐτοὺς ἐξετάζοι καθ' ἕνα, μυρίων ἕκαστος εὑρεθήσεται θανάτων ἄξιος. τὰ γὰρ θύματα, κ καθάρματα τ χώρας ὅλης κατασωτεύσαντα τὼ ἰδίαν οὐσίαν, κ γεγυμνάσαντα τὼ ὀπόνοιαν ἐν τ πέριξ κώμαις τε κ πόλεσι, τελευταῖα λελη θότως παρεισέρρυσαν εἰς τὼ ἱερὰν πόλιν. λησαὶ δ' ἀσφαλῶς ἀσεβημάτων, μιαίνοντες ⸂ τὸ ἅγιον ἔδαφος, οὓς ὁρᾷς ὅτι νῦν ἀδείας ἐμμεθυσκομένους τοῖς ἁγίοις, κ τὰ σπύλα τ πεφονευμένων καταναλίσκοντας εἰς τὰς ἁπλήστους γαστέρας. τὸ δὲ ὑμέτερον πλῆθος, ⸂ τὸν κόσμον τ ὅπλων ὁρᾶν ὄφελε, οἷος ἔφερε, καλέσης τῆς μητροπόλεως κοινῷ βουλευτηρίῳ συμμάχους κατ' ἀλλοφύλων. τί οὖν οὐκ εἴποι τὸ τοῦτο τις, ἢ τύχης ἐπήρειαν; ὅταν γὰρ λογάσι πονηροῖς αὐτανδρον ἔθνος ὁρῶ σωματίζον αὐτοῖς, μέχρι πολλοῦ μὲν ἀπορῶ, τί δή ποτε κ τὸ κινῆσαν ὑμᾶς ἅπω ταχέως ἐγένετο. μὴ γὰρ ἀνίκα μεγάλης αἰτίας ἀναλαβεῖν τὰς πανοπλίας ὑπὲρ ληστῶν, κ κατὰ δήμου συγγόνοις. ἐπεὶ ἢ ἠκούσαμὲν ῥωμαίους, καὶ θεοδοσίαν (ταῦτα γὰρ ὑμῖν ἐθορύβουν τινὲς ἀρτίως, καὶ τῆς μητροπόλεως ἐπ ἐλευθερώσει παρεῖναι) πλέον τ ἄλλων τολμημάτων ἐθαύμασέ τις τοὺς ἀλιτηρίους, ἢ πρὸ τὸ ψεῦδος ὑπνοίας. ἄνδρας γὰρ φύσει φιλελευθέρους, ⸂ ὃ μὲ τοῦτο μάλιστα τοῖς ἔξω πολεμίοις μάχεσθαι παρεσκευασμένους, ἀπ ἐνὶ ἄλλως ἐξαγεμόνι, καθ' ἡμῶν, ἢ λογοποιήσαντας προδοσίαν τῆς ποθουμένης ἐλευθερίας. ἀλλ' ὑμᾶς γε χρὴ σκέπτεσθαι τοὺς τε ἐκβάλλοντας, κ κατ' ὤν, συνάγειν τε τὼ ἀληθειαν, ἀπ ἐκ τ ὑπερβολῶν λόγων, ἀλλ' ἐκ τ κοινῶν πραγμάτων. τί γὰρ δὴ κ παθόντες αὖ ἡμεῖς, ῥωμαίους πρεσπολεμῶ μὲν ἑαυτοὺς νικῶ, παρὸν ἢ μηδὲ ἁπασπᾶναι τὸ πρῶτον, ἢ προχωρῆσαι ταχέως ὅπου αὐτοί, ὅτων ἔτι τ πέριξ ὑπερθήτων; νικῶ μὲν γὰρ ἀδὲ βουλομένοις ἐκβλύσαι ῥᾴδιον, ὅτι ῥωμαίοις μὲν ὑποσπᾶς πεποίηκεν ὑποχείριος ἡ γαλιλαία, φέρει δ' ἀχθοῦν ἡμῖν θανάτου χαλεπωτέραν, τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς ὄντας ἤδη πλησίον. ⸂ ἐγὼ γε κατ' ἐμαυτὸν μὲν ἂ εἰρήνην προπέμψαιμι θανάτου, πολεμούμενος δ' ἅπαξ κ συμβαλών, θάνατον ἐκλεκτὸν τ ζῆν αἰχμάλωτος. ποτέρων ἢ φασὶν ἡμᾶς, τοῖς τὸ δῆμον προεστῶτας πέμψαι κρύφα πρὸς ῥωμαίους, ἢ κ τ δῆμον κοινῇ ψηφισάμενον; εἰ μὲ ἡμᾶς, εἰπάτωσαν τοῖς πεμφθέντας φίλους,

τοῖς

τοὺς ἁλόντας τῶν προδοσίαν οἰκέτας. ἐφορᾶθε A
τὰς ἀπιών; ἀνακομιζόμενος ἑάλω; γραμμάτων γεγόνασιν ἐγκαλεῖς; πῶς ὑμῖν μὲν τοσούτους πολίτας ἐλάθομεν, οἷς καθ' ἅπασαν ὥραν συναναστρεφόμεθα; τοῖς δ' ὀλίγοις καὶ φρουρουμένοις, καὶ μηδ' εἰς τὴν πόλιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ προελθεῖν δυναμένοις, ἐγνώσθη τὰ κατὰ τὴν χώραν λαθραίως ἐνεργούμενα; πῶ δ' ἔγνωσαν ὅτι δεῖ δίκας δοῦναι τῶν τετολμημένων; ἕως δ' ἦσαν ἀδεεῖς αὐτοί, προδότης οὐ μᾶλλον ἀδεὴς ὑπωπτεύετο. εἰ δ' ὅτι τὴν δημον ἀναφέρουσι τὴν αἰτίαν, ἐν φανερῷ δήπουθεν ἐβουλεύσαντο. ἀδεὴς γὰρ ἀπεσάλπισε τὴν ἐκκλησίαν, ὥστε τάχιον ἂν B
τῆς μιαιφονίας ἔσταδυσεν ἡ φήμη πρὸς ὑμᾶς φανερώτερα. τί δαί, οὐχὶ καὶ πρέσβεις ἔδει πέμπειν ψηφισομένους τὰς δίκας; καὶ τίς ὁ χειροτονηθείς, εἰ πάτησαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν δυσθανατούντων, καὶ πλησίον ὄσας τὰς τιμωρίας δίκην ὑφιστομένων, σκῆψις ὄξιν. εἰ γὰρ δὴ καὶ προδοθῆναι τὴν πόλιν εἵλοντο, μόνοις ἂν ὤλμησαν καὶ τοῦτο τοῖς δικαβάλλουσι, ὧν τοῖς τολμήμασιν ἓν μόνον C
κακὸν λείπει προδοσία. χρὴ δ' ὑμᾶς, ἐπειδὴ περ ἅπαξ παρέσε μεθ' ὅπλων, τὸ μὲν δικαιότατον ἀμύνειν τῇ μητροπόλει, καὶ σωιεξαίρειν τοὺς τὰ δίκαια καταλύσαντας τυράννους, οἳ πατήσαντες τοὺς νόμους, ὅτι τοῖς αὐτῶν ξίφεσι πεποίηνται τὰς κρίσεις. ἄνδρας γοῦν ἀκαταπάτους τ' ὄπαφανῶν ἐκ μέσης τ' ἀγορᾶς ἁρπάσαντες, δεσμοῖς τε προσηκίσαντο, καὶ μηδὲ φω- D
νεῖ, μηδὲ ἱκεσίαν ἀναχόμενοι, διέφθειραν, ἐξεσι δ' ὑμῖν παρελθοῦσιν εἴσω μὴ πολέμιοι νόμῳ, θεάσασθαι τὰ τεκμήρια τῶν λεγομένων, οἴκους ἠρημωμένους τ' ἐκείνων ἁρπαγαῖς, καὶ γύναια, καὶ γλωσσᾶς τῶν ἀπεσφαλμένων, μελανειμονούσας, κωκυτὸν ὃν καὶ θρῆνον ἀνὰ τὴν πόλιν ὅλην. οὐδεὶς γάρ ὄστιν, ὃς οὐ γέγουσε τῆς τῶν ἀνοσίων καταδρομῆς. οἵγε ὅτι τοσοῦτον ὠμότητος ἐξώκειλαν ἀπόνοιας, ὡς τε μὴ μόνον ἐκ τῆς χώρας, καὶ τῶν ἔξωθεν πό- E
λεων, ἐπὶ τὸ πρόσωπον, καὶ τὴν κεφαλὴν ὅλην τὸ ἔθνος μετενεγκεῖν τ' λῃστρικὴν τόλμαν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν πό-
λεως ὅπου τὸ ἱερόν. ὁρμητήριον γὰρ αὐτοῖς τοῦτο, καὶ καταφυγή, καὶ μισητόν τε τ' ἐφ' ἡμᾶς ὠδάσκουσιν γέγονεν. ὁ δ' ὑπὸ τῶν οἰκουμένης προσκεκρουκὼς χώρας, καὶ τοῖς ἀπὸ περάτων γῆς ἀλλοφύλοις ἀκοὴ τεθημένος, ὑπὸ τῶν ὠδαξληθέντων ἐνθάδε θηρίων καταπατεῖται. νεανιεύονται δ' ἐπὶ τῇ ἀπογνώσει ἤδη, δῆμοι τε δήμοις, F
καὶ πόλεσι πόλεις συγκρούειν, καὶ κατὰ τὴν ἰδίων ἀπολείχειν τὸ ἔθνος; τραπόλογεῖν. αὐτὸ ὧν τὸ μὲν κάλλιστον, καὶ πρέπον ὡς ἔφην ὑμῖν, ἐξαίρειν τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς τ' ἀπάτης ἀμυνομένους, ὅτι συμμάχους ἐτόλμησαν καλεῖν οὓς ἔδει τιμωρὸς δεδίεναι. εἰ δ' αἰδεῖ-
σθε τὰς τῶν τοιούτων ὁπλήσεις, ἀλλά τοι πάρεσι θεμένοις τὰ ὅπλα, καὶ παρελθοῦσιν εἰς τὴν πόλιν σχήματι συγγνώμων, ἀναλαβεῖν τὸ μέσον συμμάχων τε καὶ πολεμίων ὄνομα, δικασὰς γνωμοῦντας. καίτοι λογίσασθε, πόσον κερδήσουσιν ἐφ' ὁμολογουμένοις, καὶ τηλικούτοις G
κεινόμενοι παρ' ὑμῖν, οἱ τοῖς ἀκαταπάτοις μηδὲ λόγῳ μέλλοντες. λαμβανέτωσαν δ' οὖν ταύτην ἐκ τῆς ὑμετέρας ἀφέσεως τὴν χάριν. εἰ δὲ ὅτε συναναγκαῖον ἡμῖν, ὅτε κρίνεσθαι δεῖ, τοῦτον ὅτι καταλιπεῖν ἑκατέρους, καὶ μήτε ταῖς ὑμετέραις ὅπλοις συμφοραῖς, μήτε τοῖς ὑπὸ βούλοις τῆς μητροπόλεως

qui ſerui fuerint proditionis miniſtri. Cùm iret aliquis deprehenſus eſt, rediens captus eſt, literas nacti ſunt? Quemadmodum autem tantam ciuium multitudinem lateremus, cum quibus omni hora verſaremur? Paucis autem, atque his incluſis, qui de templo ne in ciuitatem quidem prodire poſſent, quo pacto ſunt cognita, quæ occultè extra ciuitatem fierent? An verò nunc cognouêre, quando auſorum pœnæ reddendæ ſunt? donec autem ſine metu fuêre, neminem noſtrùm proditorem ſuſpicabantur? Sin ad populum cauſam referunt, publicum habuit nempe concilium, nemo aberat concioni: ideóque manifeſtior ad vos nuncius fama citius properaſſet. Quid autem opus erat legatos mittere, cùm certa nobis eſſet de tranſactione ſententia? Et quis deſignatus ſit dicant. Sed hæ quidem malè perituros, & inſtantes pœnas euitare cupientium cauſationes ſunt. Quin etiam ſi ciuitatem prodi inſatis eſſet, id quoque ipſos qui nos criminantur auſuros opinor: quorum audaciæ vnum malum videtur deeſſe proditio. Vos autem oportet, quia ſemel cum armis adeſtis, primum (id quod eſt iuſtiſſimum) iuuare metropolim, & vnà nobiſcum tyrannos eximere, per quos iudicia diſſoluta ſunt: qui calcatis legibus iura ſuis gladiis fecêre: denique nobiles viros non inculcatos, ex medio raptos foro primùm vinculis cruciarunt: deinde non voce: neque prece eorum morati, neci tradiderunt. Licet autem vobis non belli lege ingreſſis, horum videre argumentum, quæ dixi, deſolatas domos rapinis, coniuges in veſte lugubri ac familias peremptorum, & per totam ciuitatem vlulatus & fletus. nullus enim non perſecutionem expertus eſt impiorum. Qui ad hoc inſaniæ prorupere, vt latrocinalem audaciam nõ ſolũ ex agris atque alienis ciuitatib. in hanc, quæ & caput & facies gentis eſt, ſed in fanum etiam ex ciuitate transferrent. Denique hoc ſibi & ad excurſus, & ad perfugium elegerunt, ísque fiſcus illis eſt eorum quæ in nos comparantur: & locus toti orbi terræ venerabilis, quique ab vniuerſis alienigenis, ab extremo limite mundi venientibus, honoratur, per hæc quæ apud nos nata ſunt portenta conculcatur. Exultant autem rebus deſperatis, populos committi populis, & ciuitatibus ciuitates, gentésque in ſua viſcera delectum habere, cùm debueritis (vt dixi) quod factu eſſet optimum ac deceret, nobiſcum nocentes eximere: atque hanc ipſam fallaciam vltum ire, quod auxilio vos aduocare auſi ſunt, quos metuere vindices debuiſſent. Quod ſi eiuſmodi hominum preces reuerendas putatis, attamen licet vobis armis depoſitis, cognatorum habitu introire ciuitatem: medióque inter hoſtes atque auxiliares ſuſcepto nomine, de noſtris diſcordiis iudicare: quanquam reputare quid habebunt commodi, cùm de manifeſtis ac tantis criminibus apud vos cauſam dicturi ſunt, qui hominibus non accuſatis, ne verbum quidem facere permiſêre. Ferant igitur hanc ex veſtro aduentu gratiam. Si verò neque nobiſcum indignari neque iudicare vultis, tertium reſtat, vt relictis vtriſque partibus, nec noſtris cladibus inſultetis, nec cum inſidiatoribus metropoleos

maneatis. Nam etsi maximè quenquam nostrûm suspicamini Romanis collocutum, obseruare vobis itinera licet: túmque demum tueri metropolim, cùm factum aliquid huiusmodi patuerit, quale delatum est, & in autores eius, si conuicti fuerint, vindicare. Non enim vos præueniunt hostes, iuxta ciuitatem sedibus positis. Sin horum nihil vobis gratum aut mediocre videtur, ne portarum claustra miremini, quàtenus arma portabitis. Hæc quidem Iesus loquebatur: Idumæorum autem multitudo nequaquam animum aduertebat, ardens iracundia, quòd non paratum habuisset introitum: próque armis inter se duces indignabantur, captiuitatem esse existimantes, si ea quibusdam iubentibus deposuissent. Vnus autem ducum Simon filius Cathlæ, vix placato suorum tumultu, stans in eo loco vnde exaudiri à pontificibus posset, non iam mirari se ait, si libertatis propugnatores in templo obsiderentur incluſi, cùm illi cunctæ genti communem clauserint ciuitatem: & Romanos quidem fortasse, coronatis etiam portis recipere sint parati, Idumæos autem ex turribus alloquantur, captáque iubeant, pro libertate arma proiicere: cognatísque non credentes custodiam ciuitatis, iudices eos discordiarum fieri velint: & alios accusando quòd indemnatos ciues occiderint, ipsi totam damnent ignominia nationem. denique vrbem omnibus alienigenis religionis causa patentem, nunc domesticis præclusistis. Valde enim contra vos festinabamus, & ad gerendum cum gentilibus bellum: qui ob hoc adesse properauimus, vt vos seruaremus liberos. Nempe taliter vos etiam hi quos obsidetis læsêre, támque verisimiles puto suspiciones in illos quoque colligitis. Deinde qui reipub. defensores sunt intus in custodia tenentes, genere coniunctissimis gentibus simul vniuersis ciuitatem præclusam tyrannidem perferre dicitis, cùm tam contumeliosis nos iubeatis obtemperare præceptis: noménque potentiæ aliis, qui vos tyrannos patiuntur, annectitis. Quis cauillationem vestri sermonis tulerit, cùm rerum repugnantiam videat? Etenim vobis etiam nunc Idumæos excludentibus ciuitate (namque ipsi nos à patriis sacris arcetis (recte qui eos incusauerit, qui custodiuntur in templo, quòd cùm ausi essent plectere proditores, quos viros nobiles & innocentes pro societate facinoris dictitatis, non à vobis inceperint, summáque proditionis membra præciderint? Sed licèt illi molliores quàm res poscebat inuenti sint, nos tamen domicilium Dei seruabimus Idumæi, & pro communi patria propugnabimus: támque foris irruentes, quàm intus insidiantes, hostes pariter vlciscemur. Hic autem manebimus pro muris armati, donec aut vos Romani respiciendo liberent, aut ipsi recuperata libertatis cura mutemini.

CAP. VII. De lade Iu[illegible] ab Idumæis ca[illegible].

HIs dictis Idumæorum quidem multitudo clamore consensit: Iesus autem tristis recessit, cùm nec Idumæos quicquam sentiri moderatiũ, & duplici bello oppugnari ciuitatem videret. Quippe nec Idumæorũ tumor & spiritus quiescebat, indignè ferentiũ contumeliam, quòd essent ciuitate prohibiti: & quòd Ze-

συμβήσεται. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ῥωμαίοις ὑποπτόν τι διειλέχθαι τινὰς, ὡς ἀπορρῆτα ἔχοντας τοῖς ἐφόδοις. κἂν τι τῆς διαβεβλημένων ἔργων ἀλγαλέπτηται, τότε φρουρεῖν τὴν μητρόπολιν ἐλθόντας, καλάζειν τοὺς αἰτίους προφερομένους. εἰ γὰρ αὖ ὑμᾶς φθάσειαν οἱ πολέμιοι, τῇ πόλει προσοχθιοῦμενοι. εἰ δὲ ἐδόκει ὑμῖν τοῦτον δύσγνωμον ἢ μέτριον δοκεῖ, μὴ θαυμάζετε τὰς κλεῖθρα τῶν πυλῶν, ἕως αἱ φέρητε τὰ ὅπλα. τοιαῦτα μὲν ἐκεῖνος ἔλεγε. τῶν δ' ἰδουμαίων ὅτι τὸ πλῆθος προσέχειν, ἀλλὰ τεθύμωτο μὲν τυχὸν ἐπὶ μικρᾶς τῆς εἰσόδου, καὶ διηγανάκτουν οἱ στρατηγοὶ, πρὸς τὸν ἀπόθεσιν τῶν ὅπλων αἰχμαλωσίαν ἡγούμενοι, τὸ καλόν τοῦτο πρόσχημα αὐτοὶ ῥήψαι. σίμων δ' ὁ τῆς καθλᾶ τῶν ἡγεμόνων εἷς, μόλις τὸν τῶν οἰκείων καταστάσεως θόρυβον, καὶ σφᾶς εἰς ἐπήκοον τοῖς ἀρχιερεῦσιν, οὐκέτι θαυμάζειν, ἔφη, προσευμενοῦσι δὲ τῷ ἱερῷ τῶν προμάχων τὰς ἐλάθειρας, εἴγε δὲ τοῖς ἔθνεσι κλείσει πύλας ἤδη τὴν κοινὴν πόλιν. καὶ ῥωμαίοις μὲν εἰσὶ δίκαιοι φοβούμενοι ταῦτα· ἡμᾶς δὲ σφαγιάσαντες τοῖς πύλαις· ἰδουμαίοις δ' ἐπὶ τῶν πύργων ἀναβήσονται, καὶ τὰ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ὅπλα καλάσουσι ῥῆψαι. μὴ πεισθέντες δ' τοῖς συμβούλοις τὴν τῆς μητροπόλεως φυλακὴν, τοὺς αὐτοὺς δικαστὰς ποιοῦνται τῶν ἐγκλημάτων· καὶ κατηγορούντες τινῶν, ὡς ἀποκτείνειαν ἀκρίτους, αὐτοὶ καταδικάζουσι ὅλου τοῦ ἔθνους ἀτιμίαν. τὴν γοῦν ἄπασι τοῖς ἀλλοφύλοις ἀναπεπταμένην εἰς θρησκείαν πόλιν, τοῖς οἰκείοις μόνοις ἀποστενοχίαν. πάντα γὰρ ὅπλ σφαγὰς ἑτοίμως, καὶ τὸν κατὰ τῶν ὁμοφύλων πόλεμον, οἱ δι' ἐκ τοῦτο ταχυνάντες, ἵνα ἀτυχήσαντες ὑμᾶς τηρήσωμεν ἐλευθέρους. τοιαῦτα μὲν τοι καὶ πρὸς τὴν προσυμένων κλῖνοθε, καὶ πάθασαι ἔτους ὑποψίας οἴμαι καὶ κατ' ἐκείνων συνελέξατε. ἔπειτα τὴν ἔνδον φρουρὰ κρατοῦντες, ὅσοι κήδονται τῶν κοινῶν πραγμάτων, καὶ τοῖς συμβούλοις ἔθνεσιν ἀθρόως ἀποκλείσαντες τὴν πόλιν, ὀβελισκὸν δ' ὅπου προσάγματα καλοῦντες, τυραννεῖσθαι λέγετε, καὶ τὸ τῆς δυνασείας ὄνομα, τοῖς ὑφ' ὑμῶν τυραννουμένοις προσάπτετε. τίς ἂν ἀνάσχοιτο τὴν εἰρωνείαν τῶν λόγων, ἀφορῶν εἰς τὴν ἀναιρούσαν τῶν πραγμάτων, οἱ μὲν καὶ τῶν ὑμᾶς ἀποκλείουσι ἰδουμαίους τῆς μητροπόλεως, οὓς αὐτοὶ τῶν πατρίων ἱερῶν εἴργετε. μέμφεσθε δὲ εἰκότως τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ πολιορκουμένους, ὅτι θαρσήσαντες τοῖς φονεῦσι κολάζειν, οὓς ὑμεῖς ἄνδρας ἐπισήμους, καὶ ἀναμαρτήτους λέγετε δι' τὴν κοινωνίαν, ἐν οἷς ὑμῶν ἤρξαντο, καὶ τῆς κηδεμονικωτάτης προδοσίας μέρη προσαπέκοψαν. ἀλλ' οἱ κρείττονα τῆς χρείας ἐνθυμούμενοι μαλακώτεροι, τηρήσομεν ἰδουμαίοι τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς κοινῆς πατρίδος προπολεμήσομεν, ἅμα τοὺς τε ἔξωθεν ἐπιόντας, καὶ τοὺς ἔνδον προδιδόντας ἀμυνόμενοι πολεμίους, εὐθαδὲ προ τ' τειχῶν μενοῦμεν οἱ τοῖς ὅπλοις, ἕως αἱ ῥωμαῖοι κάμοσι προσέχοντες ὑμῖν, ἢ ὑμεῖς ἐλεύθερα φρονήσαντες, μεταβάλησθε τότους τὸ μὲν τῆς ἰδουμαίων ἐπιβόα πλῆθος, ὁ δ' ἰησοῦς οὐδαμῆ αἰσχαίρει, τοὺς μὲ ἰδουμαίους μηδὲν φρονοῦντας ὁρῶν μέτριον, διεχώθην δ' ἡ πόλις πολεμουμένη. ἐν δ' ἐδὲ τοῖς ἰδουμαίοις ἐν ἡρμίᾳ τὰ φρονήματα. καὶ γὰρ τεθύμωντο πρὸς τὴν ὕβριν εἰρχθέντες τῆς πόλεως, καὶ τὰ ζηλοτῆ

ἰσχυρὰ

ἰσχυρὰ δοκοῦντες, ὡς ὑδὲν ἐπαμυνόντας ἑώρων, ἠπόρηντο, καὶ μετανόουν πολλοὶ τῷ ἄφιξιν. ἢ ἤ αἰδὼς τὸ τέλεον ἀνωφάκτους ὑποστρέφειν, ἐτίκτε τῷ μεταμέλειαν ὥστε μύειν αὐτόθι πρὸς τὸ τείχους κακῶς αὐλιζομένους.

A

Κεφάλαιον ιζ.

ΔΙὰ γὸ τ νυκτὸς, ἀμήχανος ἐκρήγνυται χειμών, ἄνεμοί τε βίαιοι σὺν ὄμβοις λαβροτάτοις, καὶ συνεχεῖς ἀστραπαὶ, βρονταίτε φοβερώδεις, καὶ μυκήματα σεισμούσης τ γῆς ἐξαίσια προδήλου δι' ἣν ἐπ' ἀνθρώπων ὀλέθρῳ τὸ κατάστημα τ ὅλων συνεχυμένου. καὶ ἀχὶ μικρᾶς τὶς ἂν εἰκάσαι συμπτώματος τὰ τέρατα. μία ἦ τοῖς ἰδιωμαίοις, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλῃ παρέσῃ δόξα. τοῖς μ, ὀργίζεσθαι τ θεὸν, ὅτι τῇ στρατιᾷ, ὡς ἂν ἀλαφυγεῖν ἐπενεγκόντας ὅπλα τῇ μητροπόλει. τοῖς ἦ πρὸ τ ἀνανον, νενικηκέναι χωρὶς πολεμίας, καὶ τὸν θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν στρατηγεῖν. κακοὶ ἦ ἦσαν ἄρα τῶν μελλόντων σοφασαὶ καὶ κατεμαντεύοντο τῶν ἐχθρῶν, ἃ τοῖς ἰδίοις αὐτῶν ἐπῆλθεν. οἱ μ γὸ ἰδιωμαῖοι συστραφέντες τοῖς σώμασιν, ἀλλήλοις ἀντιθάλπουν, καὶ τὰς θυρεὰς ὑπὲρ κεφαλῆς συνωφείλοντες, ἵνα τὸν ὄμβρον ὑπακούωσι τοῖς ὑετοῖς. οἱ ἦ ζηλωταὶ μᾶλλον τ καθ' αὐτοὺς κινδύνου, ὑπὲρ ἐκείνων ἐβασανίζοντο, καὶ συν ελθόντες ἐσπόπουν εἴ τινα μηχανὴν αὐτοῖς ἀμυνῆς ὑπονοήσειαν. τοῖς μὲν ἔν θερμοτέροις, ἐδόκει μὴ τῶν ὅπλων διάζεσθαι τὰς πύλας φυλάσσοντας. ἔπειτα ἦ εἰσιόντας εἰς μέσον τῆς πόλεως, ἀναφανδὸν ἀνοίγειν τοῖς συμμάχοις τὰς πύλας. τοιάτη γὸ φύλακας εἶχεν πρὸς τὸ ἀδόκητον αὐτῶν τεταραγμένους ἄλλως τε, καὶ τὰς πλείονας αὐτῶν ὄντας ἀόπλους, καὶ πολέμων ἀπείρους. καὶ τῷ κῇ τὴν πόλιν δυνατώτατον ἔσεσθαι τὸ πλῆθος κατειλημμένον ὑπὸ τ χειμῶνος εἰς τὰς οἰκίας. εἰ ἦ καί τις γένοιτο κίνδυνος, πρέπειν αὐτοῖς πᾶν ὅτι οὖν παθεῖν, ἢ προϊδεῖν τοσοῦτον πλῆθος δι' αὐτοὺς αἰφνιδίως ἀπολλύμενον. οἱ ἦ σωφρονέστεροι διάζεσθαι μ ἀπεγίνωσκον, ὁρῶντες ἐ μόνον τ ἑαυτῶν φρουρὰν πλήθουσαν, ἀλλὰ καὶ τὸ τ πόλεως τεῖχος ἀλλὰ τὰς ἰδιωμαίους ὀπιμελῶς φυλασσόμενον, ὥστε τε πανταχῆ τ ἄνανον παρεῖναι, καὶ κῇ πᾶσαν ὥραν ὀπισπέπεσθαι τὰς φυλακάς. ὃ δὴ ταῖς μ ἄλλαις νυξὶν, ὅτως εἶχεν, ἀνειθῆ ἦ κατ' ἐκείνων ὅτι κῇ τῷ ἀναίῳ ῥαθυμίαν, ἀλλ' ὡς τε αὐτὸς ἐκεῖνος ἀπόλοιτο, καὶ τὸ πλῆθος τῶν φυλάκων, στρατηγούσης τ εἰμαρμένης ἤδη. καὶ δὴ τῆς νυκτὸς προκοπτούσης, καὶ τ χειμῶνος ἐπακμάζοντος, κοιμίζει μὲν τοὺς ὅτι τῇ σοᾷ φορυφάς. τοῖς ζηλωταῖς ἦ, ὀπίνοιαν ἐμβάλλει τῶν ἱερῶν αἰρόντας πρίονων, ἐκτεμεῖν τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν. σωπήσας ἦ αὐτοῖς πρὸς τὸ μὴ κατακουσθῆναι τ ψόφον, ὅτε τῶν ἀνέμων ἦχος, καὶ τὸ τῶν βροντῶν ἐπάλληλον. ἀλαλαθόντες ἦ ἐκ τ ἱεροῦ πολεμίζονται πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ τοῖς πρίοσι χρώμενοι, τῷ κῇ τὰς ἰδιωμαίους ἀνοίγουσι πύλας. τοῖς ἦ, τὸ μὲν πρῶτον ἐμπίπτει ταραχὴ, ὡς καὶ τὸν ἄνανον ὅπι χειρεῖν οἰηθεῖσι, καὶ πᾶς ὅτι τ ξίφους ἔχει τῷ δεξιᾷ, ὡς ἀμυνόμενος. ταχέως δὲ γνωρίσαντες τοὺς ἥκοντας εἰσίεσαν. εἰ μὲν οὖν ἐτέρωθεν ὅτι τῷ πόλιν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσεν ὀπολωλέναι τὸν δῆμον αὐτανδρον, ὅτως εἶχον ὀργῆς. πρῶτοι ἦ πρώτους ζηλωτὰς πολεμοῦντας τῆς φορυρᾶς ἐξελάσαι, διομόσαντο πολλὰ καὶ τῷ εἰσδεξαμένῳ. μὴ προϊδεῖν δὲ οἷς ἦλθον ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς, μηδὲ αὐτοῖς χαλεπώτερον ὀπισεῖσαι τ κίνδυνον. τῷ μὲν γὸ φορυρῶν ἀλόντων, ῥᾴδιον αὐτοῖς ἦν χωρεῖν ὅτι τῷ πόλιν,

B

C

D

E

F

G

lotarum vires esse firmas crediderant, erubescentium, postquam nihil eos sibi auxiliari posse viderent, vt iam venisse pœniteret. Pudor autem nulla re penitus gesta redeúdi, pœnitudinẽ superabat. Itaque ibidem prope mutuum temerè tabernaculis positis, manendum esse statuêre. Infinita verò hyems nocte illa venit, ventíq; violenti cũ imbribus orti sunt, & crebra fulgura, horrendáque tonitrua, cócussæque ter æ vasti mugitus: certúmque erat apud omnes, hominum exitio mundi statum esse turbatum, neq; paruum quid rerum hæc signa portendere. Vna verò Idumæis & oppidanis erat opinio illis quidem iratos Deum militiæ causa, existimantibus neque se posse euadere, si aduersus metropolim arma mouissent: Anano autem eiúsque sociis, etiam sine prælio victis, Deúmque pro se bellum administrare credentibus. Sed profectò falsi erant interpretes futurorum, & quæ sui passuri essent, contra hostes fore diuinabãt. Verũ Idumæi quidẽ cateruatim densatis corporibus inuicem sese fouebãt, scutísque cõtextis protecti capita, minus pluuia lædebãtur: Zelotæ autem magis illorum quam suo periculo cruciabantur: collectíque deliberabant, si quam reperire subsidij machinam illis possent. Horum autẽ ardẽtioribus videbãtur, vi armorum custodes inuadere: atque in ciuitatẽ impetu facto palam portas auxiliatoribus aperire. nã & custodes ex improuiso, & quòd plures inermes ac belli expertes essent, facilè turbatum iri, & multitudinem ciuium difficulter colligi posse: quoniam domi quisque propter hyemem contineretur. quin etsi periculum aliquod interuenerit, quiduis subire satius quàm negligere tot copias sui causa turpiter perituras: at qui prudentiores erant, vim adhiberi dissuadebant. non enim sui tantum causa custodes ampliari, sed etiam ciuitatis murũ videbãt propter Idumæos diligentius custodiri: & vbique adesse Ananum, omnibú q; horis inuisere custodias existimabant. sed hoc aliis noctibus ita habuerat. illa verò, non sua desidia requieuerat, sed vt & ipse & custodum manus fato duce interirent. Namq; iam nocte prouecta, & gliscente hyeme, custodes in porticu dispositos opprimit somnus. At Zelotis cõsilium subit, vt ferris téplo sacratis portarũ vectes secarẽt. affuit autẽ illis, ne exaudiretur crepitus, ventorũ sonus, & crebra tonitrua: fanóque egressi, ad murũ clanculo veniunt: ferratámque portam, quæ versus Idumæos erat, aperiũt. Illi autem primùm Ananum conari aliquid suspicati, vnusquisq; dextram ad gladiũ, quasi repugnaturi applicãt maturè: deinde his, qui ad se venerant agnitis, introibant. Qui quidem, si tũc manus vertere in ciuitatem voluissent, nihil obstabat quominus totus populus interiret: tanta ira ferebantur. verùm Zelotas primò eximere custodia festinabant: illis quoq; multum precantibus, qui eos receperant ne despicerent malis obsessos, quorum gratia venerant, neque his acerbius periculum importarent. captis enim custodibus faciliorem illis in ciuitatem impetum fore.

sed si semel eos concitassent, iam illos contineri non posse, quin si senserint congregentur, & per ascensus nitentibus se opponant. Idem igitur Idumæis visum est: iámque in templum per ciuitatem subibant, cùm suspensi Zelotæ aduentum eorum præstolarentur. Denique his ingressis, etiam ipsi confidenter ex interiori fano progressi sunt, mixtíque Idumæis in custodes irruerunt. Cæsis autem nonnullis, quos somnus oppresserat, omnis multitudo ad clamorem vigilantium suscitata est, raptísque armis ad repugnandum non sine stupore properabant. Ac primùm quidem Zelotas solos conari aliquid suspicantes, quasi eos superaturi numero confidebant: vbi verò foris alios circunfundi viderent, Idumæos irrupisse sensêre. Et maior quidem pars eorum, armis pariter animísque depositis in quæstibus erant. pauci verò iuuenum fortiter communiti, occurrendo Idumæis, aliquandiu segniorem multitudinem protegebant: alij cladem ciuitatis habitatoribus nunciabant. Illorum autem auxilio venire nullus audebat, cognito Idumæos irrupisse: sed ipsi quoque irrita vociferantes, cum fletibus respondebant: plurimúsque mulierum vlulatus suscitabatur, si quando custodum quisquam in periculum aliquod incidisset. Quin & Zelotæ Idumæorum clamorem geminabant, magísque horribiles tempestas faciebat omnium voces. Nemini autem Idumæi pepercêre, quòd natura crudelissimi ad cædes erant, & hyeme grauiter afficiebantur, propterèáque his qui se exclusserant, vt inimicis vtebantur, tàm supplicantibus quàm repugnantibus infensi. Multos enim cognationem referentes, vtque commune fanum reuererentur orantes, gladiis transfigebant. Nullus autem fugiendi locus, neque spes salutis erat. Compulsi autem circa se, magis quàm vi oppressi laniabantur, cùm recedendi spatium non daretur, nec interfectores à cædibus temperarent. Incerti autem quid agerent, in ciuitatem se præcipitabant: miseri (vt mihi videtur) eo quòd fugiebant crudelius subeuntes exitium, donec templum exterius sanguine redundauit. Octo autem millia & quingentos mortuos dies inuenit. Nec tamen his Idumæorum ita satiata est: sed versis in ciuitatem manibus, omnes domos diripiebant: quémque fortuitò inuenissent, morti dabant. Et cæteræ quidem multitudinis cædem superuacuam esse ducebant: pontifices autem peruestigabant: & in illos pleraque ferebantur, statímque comprehensos obtruncabant: stantésque super eorum cadauera, nunc Anano populi beneuolentiam, nunc Iesu quæ de muro dixerat, exprobrabant. Ad hoc autem impietatis progressi sunt, vt etiam insepultos eos abiecerint: cùm præsertim Iudæis tanta sepulturæ cura sit, vt etiam iudicio cruci suffixos, ad occasum solis deponant atque sepeliant. Et quidem non errauerim, si Anani mortem dixero excidij ciuitatis fuisse principium, & ex illo die muros euersos, rémq; publicam Iudæorum periisse, quo pontificem rectoremque salutis suæ iugulatum in media ciuitate viderunt. Erat autem & aliàs

εἰ ἢ ἅπαξ ταύτην προκινήσειαν, ὅτε αὖ ἐπ' ἐκείνων κρατῆσαι, πρὸς γὰρ τ' ἄμαθιαν συνταράξαι αὐτούς, καὶ τὰς ἀνόδους ἀποφράξειν. συνεδόκει ταῦτα τοῖς Ἰδουμαίοις, καὶ διὰ τ' πόλεως ἀείραντον πρὸς τὸ ἱερὸν, μετεωροί τε οἱ ζηλωταὶ τὴν ἄφιξιν αὐτῶν ἐκαραδόκουν. καὶ παρόντων εἰσω, καὶ αὐτοὶ προῆσαν ἐκ τ' ἐσωτέρω ἱεροῦ. μιγνύντες ἢ τοῖς Ἰδουμαίοις προσέβαλλον τὰς φυλακάς. καὶ τινας μὲν τῶν προκοιτούντων ἀπέσφαξαν κοιμωμένους. πρὸς ἢ τὸν ἐγερτήριον βοὴν, διαναίσῃ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ μετ' ἐκπλήξεως ἁρπάζοντες τὰ ὅπλα, πρὸς τὴν ἄμυναν ἐχώρουν. ἕως μὲν ἦν μόνους τοὺς ζηλωτὰς ὑπιχειρεῖν ὑπελάμβανον ἐθάρρουν, ὡς τῷ πλήθει προϊσόμενοι. καταδύντες ἢ ἔξωθεν ἐπειχεόμενοις ἄλλοις, ἠθροντο τ' εἰσβολὴν τῷ Ἰδουμαίων. καὶ τὸ μὲν πλέον αὐτῶν ἅμα ταῖς ψυχαῖς κατέβαλλε τὰ ὅπλα, καὶ πρὸς οἰμωγαῖς ἰῷ. φραξάμενοι ἢ ὀλίγοι τὴν νέων, γθυναίως ἐδέχοντο τοὺς ἐδωμαίους, καὶ μέχρι πολλοῦ τὴν ἀρχοτέραν πληθὺν ἔσκιπον. οἱ δὲ κραυγῇ διεσήμαινον τοῖς κατ' τ' πόλιν τὰς συμφοράς. κἀκείνων ἀμυναὶ μὲν ἀδεὶς ἐτόλμησεν ὡς ἐμαθον εἰσπεπλωκότας τοὺς Ἰδωμαίους. ἄχαν ἢ αἰτιβόων καὶ αὐτολοφύροντο, καὶ πολὺς γυναικῶν κωκυτὸς ἠγείρετο, κινδύνου τε ἕκαστοι τὴν φυλάκων. οἱ ἢ ζηλωταὶ τοῖς Ἰδωμαίοις συνεπηλάλαζον, καὶ τὴν ἐκ πάντων βοὴν, ὁ χειμὼν ἐποίει φοβερωτέραν. ἐφείδοντό τε ἀδίκως Ἰδουμαῖοι, φύσει τε ὠμότατοι φονεύειν ὄντες, καὶ τῷ χειμῶνι κεκακωμένοι, καὶ τ' ἀποκλεισαίτων ἐχθῶν τοῖς ὅπλοις, ἦσαν ἢ ὅμοιοι τοῖς ἱκετεύουσι καὶ τοῖς ἀμυνομένοις. καὶ πολλοὺς τὴν τε συγγένειαν ἀναμιμνήσκοντας, καὶ δεομένους τὸ κοινὸν ἱερὸν λαβεῖν αἰδῶ, διέλαυνον τοῖς ξίφεσιν. ἰῷ ἢ φυγῆς μὲν ἀδεὶς τόπος, ἀδὲ σωτηρίας ἐλπὶς, σεσωθημένοι ἢ πρὸς ἀλλήλους, κατεκόπτοντο, καὶ τὸ πλέον ἐνβιαζόμενοι, ὡς ἂν ἐπ' ἰῷ χωρήσεως τόπος, ἐπῆσαν δ' οἱ φονεύοντες, καὶ ἵνα' ἀμηχανίας κατεκρήμνιζον ἑαυτοὺς εἰς τὴν πόλιν, οἰκτίστως ἔμοιγε δοκεῖ διέφθορον ὀλέθρῳ, τὸν αὐθαίρετον ὑπομένοντες. ἐπεκλύσθη ἢ τὸ ἔξωθεν ἱερὸν πᾶν, αἵματι, καὶ νεκροῖς ὀκτακισχιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἡμέρᾳ κατελάμβανεν.

Κεφάλαιον ιη.

Οὐκ ἐκορέσθησαν ἢ τούτοις οἱ θυμοὶ τῶν Ἰδουμαίων, ἀλλ' ὅπη τ' πόλιν ἔβαπόμενοι, πᾶσαν μ' οἰκίαν διήρπαζον, ἔκτεινον ἢ τ' φειτυχάνοντα, καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος αὐτοῖς, ἐδόκει ὠδὰ κέλωμα, τὰς δ' ἀρχιερεῖς ἀνεζήτουν. καὶ κατ' ἐκείνων τῶν πλείστοις ἡ φορὰ, τάχεως ἢ ἁλόντες διεφθείροντο, καὶ τοῖς ἐκείνοις αὐτῶν ὑπισχνοῦντες, τὸν μὲν Ἄνανον δ' φεὸς τὸν δῆμον δύνοίας, τὸν ἢ Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ τ' τείχους λόγων ἐπέσκωπτον. φοῆλθον ἢ εἰς τοσοῦτον ἀσεβείας, ὡς τε καὶ ἀτάφους ῥῖψαι, καίτοι τοσαύτῳ Ἰουδαίων φειδὲ τὰς ταφὰς φεύνοιαν ποιουμένων, ὥστε καὶ τὰς ἐκ καταδίκης ἀναιρεθεμένους φεὸ δύντος ἡλίου καθελεῖν τε καὶ θάπτειν. ἐκ αὖ ἀμφίτομοι δ' εἰπὼν ἀλώσεως ἀρξαι τῇ πόλει τὸν Ἄνανον θάνατον, καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀνατεφλῶσαι τὸ τεῖχος, καὶ διαφθαρῆναι τὰ φρόνήματα Ἰουδαίοις, ἐν ᾗ τὸν ἀρχιερέα καὶ ἡγεμόνα τ' ἰδίας σωτηρίας αὐτῶν ὅπι μέσης τῆς πόλεως εἶδον ἀπεσφαγμένον. ἰῷ γὰρ δὴ τάπ' ἄλλα,

σμοὺς

σεμνὸς ὁ ἀνὴρ καὶ δικαιότατος, καὶ τοῦτ' ἔγκον τε δυ-
ναμείας καὶ τῆς ἀξίας, καθ' ἧς εἶχε τιμῆς, ἠγαπηκὼς τὰ ἰσό-
τιμον καὶ πρὸς τοὺς ταπεινοτάτους, φιλελεύθερος ἦν καὶ
πότιμος, καὶ δημοκρατίας ἐραστής, πρό τε τῶν ἰδίων λυ-
σιτελῶν τὸ κοινῇ συμφέρον, ἀεὶ προεμένους, καὶ πρὸ παν-
τὸς ποιούμενος τὴν εἰρήνην. ἅμαχα γὰρ ἤδη τὰ ῥωμαίων.
προσκοπούμενος ἦν ὑπ' ἀνάγκης καὶ τὸν πόλεμον, ὅπως
εἰ μὴ διαλύσαιντο Ἰουδαῖοι, δικαίως διαφθείροιντο. κα-
θόλου δ' εἰπεῖν, ζῶντος Ἀνάνου, πάντως αὖ διελύθησαν.
δυνὸς γὰρ ἦν, εἰπεῖν τε καὶ πεῖσαι τὸν δῆμον. ἤδη δὲ κεχεί-
ρωτο, καὶ τοὺς ἐμποδίζοντας, ἢ πολεμοῦντας, πλείστῳ αὖ
βίᾳ ῥωμαίοις παρέχον ὑπὸ τούτῳ στρατηγοῦ. παρέ-
ζυκτο δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἰησοῦς, αὐτοῦ μὲν λειπόμενος κατὰ
σύγκρισιν, προὔχων δ' τῶν ἄλλων. ἀλλ' οἶμαι καζακεί-
νας ὁ θεὸς ὡς μεμιασμένης τὰ πόλεως ἀπώλειαν, καὶ
πυρὶ βεβλόμενος ἐκκαθαρθῆναι τὰ ἅγια, τοὺς αὐτο-
χομένους αὐτῷ, καὶ φιλοσοφουμένους ἐφείκοψεν. οἱ δὲ
πρὸ ὀλίγου τοῦ ἱεροῦ ἐσθῆτα περικείμενοι, καὶ τὸν κοσ-
μικῆς θρησκείας καταρχοντες, προσκυνούμενοί τε τοῖς
ἐκ τῆς οἰκουμένης συμβάλλουσιν εἰς τὴν πόλιν, ἐρριμμέ-
νοι γυμνοὶ βορὰ κυνῶν καὶ θηρίων ἐβλέποντο. αὐτοῦ ἐπ'
ἐκείνοις στενάξαι αὖ τοῖς αὐδράσι δοκῶ τοῦ ἀρετοῦ ὀ-
λοφυρομένου, ὅτι τοσοῦτον ἥττητο τὰ κακίας.

Κεφάλαιον ιθ.

Ἀλλὰ γὰρ τὸ μὲν Ἀνάνου καὶ Ἰησοῦ τέλος τοιοῦτον ἀ-
πέβη. Μετὰ δ' ἐκείνους οἵ, τε ζηλωταὶ, καὶ τῆς Ἰ-
δουμαίων τὸ πλῆθος, τὸν λαὸν ὥσπερ αἰσίων ζώων ἀγέ-
λαι ὀπόντες ἔσφαζον. καὶ τὸ μὲ εἰκαῖον, ἐφ' ᾧ καζελημ-
θείη τόπου διεφθείρετο. τοὺς δ' δυσμενεῖς, καὶ νέους συλλαμ-
βάνοντες, εἰς εἱρκτοῦ κατέκλειον δεδεμένους, κατ' ἐλ-
πίδα τοῦ προσεθήσεσθαί τινας αὐτοῖς τὴν αἵρεσιν ὑφορ-
θέμενοι. προσέχε δ' ὐδεὶς, ἀλλὰ πάντες τοῦ ζῆσαι μᾶ
τῶν πονηρῶν καὶ τὸν παρόντος, προείλοντο τὸν θάνατον. δέ-
νας δ' τὸν ἀρνήσεως αἰτίας ὑπέμενον μαστιγούμενοί τε καὶ
στρεβλούμενοι. μᾶ δ' τὸ μηκέτ' ἀρκεῖν τὸ σῶμα τοῦ βασά-
νοις, μόλις ἠξιοῦτο τοῦ ξίφους. οἱ συλληφθέντες δ' μεθ'
ἡμέραν, ἀνῃροῦντο νύκτωρ. καὶ τοὺς μὲ νεκροὺς ἐκφορεῖντες
ἐρρίπτουν, ὡς ἑτέροις εἴη δεσμότας τόπος. ἐπὶ δ' τοσαύτη
τοῦ δήμου κατάπληξις, ὡς μηδένα τολμῆσαι, μήτε κλαῦσαι
φανερῶς τὸν προσήκοντα νεκρὸν, μήτε θάπτειν. ἀλλὰ
λαθραῖα μὲν ἐπὶ αὐτῷ κατακεκλεισμένα τὰ δάκρυα,
καὶ μᾶ προϊσκέψεως, μή τις ἐπακούσῃ τῷ ἐχθρῶν, ἔτε-
νον. ἴσα δὲ τοῖς πενθουμένοις, ὁπηνίκα δύοις ἔπαχε.
νύκτωρ δ' κόνιν αἴροντες χερσὶν ὀλίγην, ἐπερρίπτουν τοῖς
σώμασι, καὶ μεθ' ἡμέραν εἴτις προβέβολος. μύριοι δ' καὶ
δισχίλιοι τοῦ δυσμενῶν νέων, ἔτσι διεφθάρησαν. οἱ δὲ
ἤδη δεδεμενισμένοι τὸ φονεύειν αἰεὶ δὲ, εἰρωνεύον-
το δικαιοσύνα καὶ κείσεις. καὶ δή τινα τῶν ὑπφανεσά-
των ἀποκτεῖναι προσθέμενοι ζαχαρίαν υἱὸν βαρύχ.
παρώξυνε δ' αὐτοὺς τὸ λίαν τ' αἰδοῦς μισοπόνηρον καὶ
φιλελεύθερον. διὸ δ' καὶ πλούσιος, ὡς τε μὴ μόνον ἐλπί-
ζειν τὴν ἁρπαγὴν τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ προσαποσκευά-
σεσθαι δυνατὸν ἄνθρωπον εἰς τοῦ αὐτοῦ καταλυσιν.

A vir laudabilis atque iustissimus, & præter nobilitatis ac dignitatis & honoris, quo erat præditus, amplitudinem, infimis amabat æquari. Libertatis autem maximè fautor erat: & is qui populi affectaret imperium. Commodis autem propriis communes semper vtilitates anteponebat, super omnia pacì studens. Sciebat enim Romanos non posse expugnari: ac prospiciebat, si paciscì vtiliter nequissent Iudæi, omnino eos perituros. vt autem breuiter dicam, cum Anano viuo ad transactionem venissent. Mirus enim erat dícere, mirus populo persuadere, quæ vellet. Iam verò impedientes bellantésque subegerat. Plurimum autem moræ sub tali duce attulissent Romanis. Huic iunctus erat Iesus, illo quidem comparatione inferior, sed præstans cæteris: vt putem Deum, qui tanquam violatam ciuitatem perire flammis, purgaríque sancta vellet, consultò defensores eorum, & qui ea carissima ducerent, amputasse. Itaque paulò antè sacris indumentis amictos, & toto orbe celeberrimæ religionis autores, quíque vndique in ciuitatem commeantibus venerabiles habebantur, iacere nudos prædam canibus ac feris videres. Quos quidem viros ipsam puto gemuisse virtutem, tantum licuisse vitiis flentem.

B

C

D

E

F

G

[FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAICO LIBER V.]

Secundùm Rufini distinctionem.

ANano quidem & Iesu eiusmodi finis euenit. Post illos verò tam Zelotæ, quàm Idumæi passim plebem, quasi nefandorum animalium gregem, irruendo mactabant. Et vulgus quidem in quolibet loco deprehensum necabatur: correptos autem nobiles, & adolescentes, vinctos in carcerem concludebant, spe, non nullos eorum sibi posse sociari nece dilata. Verùm hæc nullum mouebant, sed cuncti mortem præoptauerant, dummodo ne aduersus patriam communem nequissimè conspirarent. sæuissima tamen ante cædem verbera sustinebant, exulcerati plagis atque tormentis. cúmq; iam corpus non sufficeret cruciatibus, tandem gladium merebantur. quos autem die cepissent, eos in custodiam nocte ducebant: extractósque inde, si quos mori contigisset abiiciebant, vt vinctis aliis locus esset. Tantus autem populum pauor occupauerat atque formido, vt ne flere quidem palàm quisquam, siue sepelire proprium funus auderet, sed erant occultæ clausorum etiam lacrymæ, & ne quis inimicorum audiret, circunspectantes gemebant. paria namque his, qui lugebantur, etiam qui luxissent ilico patiebantur. exiguam verò nocte sublatam terram manibus corporibus iniiciebant, & nonnunquam die, si quis fuisset audacior. Duodecim autem millia hoc modo nobilium periêre. Illi autem iam cędes exosi, nullo pudore iudicij vim & cognitionis camillando imitabantur. Itaque cùm illustrium quédam Zachariam Baruch filium interficere decreuissent, (irritabantur enim quòd nequissimis inimicus nimis erat, & probis amicus, itemque locuples) neq; solùm fortunarum eius direptionem sperarent, sed etiam remotum iri virum ad se deiiciendos potentem,

CAP. I. De altera strage, & redditu Idumæorũ, Zelotarúmque crudelitate.

ΤΟῦτο μὲν ὅτε ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔστη ῥομφαίᾳ ὡμοιωμένον, καὶ ὡμαρτείνας ἐπ' ἐναυτὸν κομήτης. τοῦτο δὲ λύχνια πρὸ τὸ ὄπους ἀσεως, καὶ τὸ θεὸς τὸ πόλεμον κινήματος ἀθροίζομένους τὰ λαὸς πρὸς τὴν τῷ ἀζύμων ἑορτὴν, ὀγδόη δὴ λῶ ξανθικῶ μηνὸς, κατὰ νυκτὸς ἐνάτην ὥραν, τοσοῦτον φῶς περιέλαμψε τὸν βωμὸν, καὶ τὸ ναὸν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶ λαμπρὰν, καὶ τοῦτο παρέτεινεν ἐφ' ἡμίσειαν ὥραν. ὃ τοῖς μὲν ἀπείροις, ἀγαθὸν ἐδόκει, τοῖς δ' ἱερογραμματεῦσι, πρὸς τῶν ὑποβεβηκότων δυθέως ἐκείνη. καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν ἑορτὸν βοῦς μὲν ἀχθεῖσα ὑπὸ τὸ θυσίαν, ἔτεκεν ἀρνα ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ. ἡ δὲ ἀνατολικὴ πύλη τῆ ἐνδοτέρου, χαλκῆ μὲν οὖσα καὶ σιδηρωτάτη, κλειομένη δὲ πρὸς δείλης μόλις ὑπ' ἀνδρῶν εἴκοσι, καὶ μοχλοῖς μὲν ἐπερειδομένη σιδηροῖς, καταπήγας δ' ἔχουσα βαθυτάτους, εἰς τὸν ἔδαφον ὄντα λιθινοις λίθοι καθειμένοις, ὤφθη κατὰ νυκτὸς ὥραν ἕκτην αὐτομάτως ἠνεῳγμένη. δραμόντες δ' οἱ τὸ ἱεροῦ φύλακες, ἠγγέλλαν τῷ στρατηγῷ, κἀκεῖνος ἀναβὰς, μόλις αὐτὴν ἴσχυσε κλεῖσαι. πάλιν τοῦτο τοῖς μὲν ἰδιώταις κάλλιστον ἐδόκει τέρας. ἀνοίξαι γὰρ τὸν θεὸν αὐτοῖς τὴν τῶν ἀγαθῶν πύλην. οἱ λόγιοι δ', λυομένην αὐτομάτως τὸ ναοῦ τὴν ἀσφάλειαν ἐνόουν, καὶ πολεμίοις δοῦναι ἀνοίγεσθαι τὴν πύλην, δηλωτικὸν τὸ ἐρημίας ἀπεφαινον ἐν ἑαυτοῖς τὸ σημεῖον. μεθ' ἣν τὴν ἑορτὴν ἡμέραν ὕστερον ἢ πολλαῖς μία καὶ εἰκάδι ἀρτεμισίου μηνὸς, φάσμα δαιμόνιον ὤφθη μεῖζον πίστεως. παράδοξα δ' ἂν ἔδοξεν οἶμαι τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ καὶ τοῖς θεασαμένοις ἰσόρροπο, καὶ τὰ ἑπακολουθήσαντα παθήμασι σημείων ἶσα ἄξια. πρὸ γὰρ ἡλίου δύσεως ὤφθη μετέωρα πρὸ πᾶσαν τὴν χώραν, ἅρματα καὶ φάλαγγες ἐνόπλοι, διήκτουσαι τὰ νεφῶν, καὶ κυκλούμεναι τὰς πόλεις. κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν, ἣ πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς πρωϊνὸν μὲν κίνησιν ἀπλαβείαν ἔφασαν καὶ κτύπε, μὴ δὲ

Cap. XII. De prodigiis excidiũ Hierosolymæ præcedentibus & præsagiis.

DEnique miserabilis populus, illis quidem fallacibus Deúmque calumniantibus, credulus erat. Certis verò prodigiis & futuram solitudinem prænunciantibus, neque attendebant animo, neque credebant: sed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta Dei dissimulauêre: modò cùm supra ciuitatem sidus stetit simile gladio, & per annum perseuerauit, cometes modò cùm ante defectionem primíque belli motus ad diem festum Azymorum populo conuenientе (octauus autem dies erat Aprilis mensis) nona hora nocturna, circum aram itémque templum tantum lumen effulsit, vt clarissimus dies putaretur: & hoc vsque ad mediam permansit horam: quod imperitis quidem bonum augurium esse videbatur: sacrorum verò peritis, priùs quàm eueniret, statim diiudicatum est. Eodemque festo die etiam bos cùm ad hostiam duceretur, agnum in medio fani peperit. Orientalis autem porta interioris templi, cùm esset ænea atque grauissima, & sub vesperam vix à viginti viris clauderetur, serísque ferro vinctis obseraretur, pessulósque altos haberet in saxeum limen demissos, vno perpetuo lapide fabricatum, visa est noctis hora sexta sponte patescere. His autem curriculo per custodes templi magistratui nunciatis, ascendit ille, víxque eam potuit claudere. Verùm & hoc iterum ignaris quidem signum optimum videbatur. Deum namque bonorum portam aperuisse dicebant. Prudentiores verò templi tutamen sponte sua dissolutum iri cogitabant: & hostium donum esse, portas aperiri: solitudinémque illo ostento signati inter se pronunciabant. Post dies autem festos diebus paucis, vicesimoprimo die mensis Maij visio quædam apparuit fidem excedens. Pro fabula autem fortasse quod dicturus sum haberetur, nisi qui viderunt superessent, & clades dignæ præsagiis secutæ fuissent. namque ante solis occasum visi sunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & ciuitati circumfusæ. Festo autem die, quem Pentecosten vocant, nocte sacerdotes intimum templum more suo ad diuinas res ecclebrandas ingressi, primum quidem motum quendamque strepitum senserunt,

μὴ ἢ ταῦτα ☪ φωνῆς ἀθρόας, μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. τὸ ἢ τέτταρων φοβερώτερον, ἰησοῦς γάρ τις υἱὸς ἀνάνου τῶν ἰδιωτῶν ἀγροῖκος, πρὸ τετραετίας ἐντεῦθεν τοῦ πολέμου, τῶν μάλιστα δ' πόλεως εἰρηνευομένης, καὶ σφόδρα εὐθηνούσης, ἐλθὼν εἰς ἣν ἑορτὴν, ἐφ' ἣν σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος τῷ θεῷ, καὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ ἱερὸν ὀξαπίνης ἀναβοᾶν ἤρξατο· φωνὴ ἀπ' ἀνατολῶν, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, φωνὴ ἐπὶ ἱεροσόλυμα, ☪ τὸν ναὸν, φωνὴ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, φωνὴ ἐπὶ τὸν λαὸν πάντα. τοῦτο μεθ' ἡμέραν, καὶ νύκτωρ, κατὰ πάσας τοὺς στενωποὺς φέρεται κεκραγώς. τῶν δ' ἐπισήμων τινὲς δημοτῶν ἀγανακτήσαντες πρὸς τὸ κακόφημον, συλλαμβάνουσι τὸν ἄνθρωπον, καὶ πολλαῖς αἰκίζουσι πληγαῖς. ὁ δ' οὐδὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ φθεγξάμενος, ἅτ' ἰδίᾳ πρὸς τοὺς παίοντας, ἃς ☪ πρότερον φωνὰς ἐκ θεοῦ διετέλει. νομίσαντες δ' οἱ ἄρχοντες, ὅπερ ἦν, δαιμονιώτερον εἶναι τὸ κίνημα τοῦ ἀνδρὸς, ἄγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ῥωμαίων ἔπαρχον, ἔνθα μάστιξι μέχρις ὀστέων ξαινόμενος, οὐδ' ἱκέτευσεν, οὐδ' ἐδάκρυσεν· ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιστα τὴν φωνὴν ὀλοφυρτικῶς παρεγκλίνων, πρὸς ἑκάστην ἀπεκείνατο πληγὴν, αἰ αἰ ἱεροσολύμοις. τὸν ἢ ἀλβῖνε διερωτῶντος, ὅστις γὰρ ἔπαρχος ἦν, τίς εἴη, ☪ πόθεν, ☪ διὰ τί ταῦτα φθέγγοιτο, πρὸς ταῦτα μὲν οὐδ' ὁπωσοῦν ἀπεκείνατο. τὸν δ' ὅτι τῇ πόλει θρηνοῦν εἴρων, οὐ διέλειπε, μέχρι καταγνοὺς μανίαν ὁ ἀλβῖνος, ἀπέλυσεν αὐτόν. ὁ ἢ τὸ μέχρι τοῦ πολέμου χρόνον, ὅτε προσῄει τινὶ τῶν πολιτῶν, οὔθ' ὥφθη λαλῶν, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ὥσπερ ᾠδήν τινα μελετηκώς, αἰ αἰ ἱεροσολύμοις ἐθρήνει. ὅτε ἢ τινὶ τῶν τυπτόντων αὐτὸν ὀσημέραι κατηρᾶτο, ὅτε τοῖς τροφῆς μεταδιδοῦσι κἀλόγει. μία ἢ πρὸς πάντας ἰοῦ, ἡ σκυθρωπὴ κληδὼν ἀπόκρισις. μάλιστα δ' ἐν τῇ ἑορταῖς ἐπεκράγει, ☪ τοῦτ' ἐφ' ἑπτὰ ἔτη, καὶ μείους πέντε εἴρων, ὅτ' ἠμβλυώθη τὴν φωνὴν, ὅτε ἐκάμνει, μέχρις ἧς κατὰ τὴν πολιορκίαν ἔργῳ τοῖς κληδόσιν ἐφῶν, ἀνεπαύσατο. προϊὼν γὰρ ὅτι τῷ τείχους, αἰ, αἰ πάλιν τῇ πόλει, καὶ τῷ λαῷ, καὶ τῷ ναῷ δεύτερον ἐβόα. ὡς ἢ τελευταῖον προσέθηκεν αἰ αἰ ἢ κἀμοὶ, λίθος ἐκ τῆς περιβόλου χαλασθεὶς, καὶ πλήξας αὐτὸν, παραχρῆμα κτείνει, φθεγγομένῳ δ' ἔτι τὰς κληδόνας ἐκείνας, τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν. ταῦτα τις ἐννοῶν εὑρήσει, τὸν μὲν θεὸν ἀνθρώπων κηδόμενον, ☪ φανερῶς προσημαίνοντα τῷ σφετέρῳ γένει τὰ σωτήρια, τοὺς δ' ὑπ' ἀνοίας ☪ κακῶν αὐθαιρέτων ὀλλυμένους. ὅπου γε ἰουδαῖοι ☪ τὸ ἱερὸν μετὰ τὴν καθαίρεσιν τῆς ἀντωνίας τετράγωνον ἐποιήσαντο, διαγεγραμμένον ἐν τοῖς λογίοις ἔχοντες, ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν, ἐπειδὰν τὸ ἱερὸν γένηται τετράγωνον. τὸ ἢ ἐπαρὰν αὐτοὺς μάλιστα πρὸς τὸν πόλεμον, ἦν χρησμὸς ἀμφίβολος ὁμοίως ἐν τοῖς ἱεροῖς εὑρημένος γράμμασιν, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὑπὸ τῆς χώρας τὶς αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης. τοῦτο οἱ μὲν ὡς οἰκεῖον ἐξέλαβον, καὶ πολλοὶ τῶν σοφῶν ἐπλανήθησαν περὶ τὸν κρίσιν. ἐδήλου δ' ἅμα τὸν περὶ ἡγεμονίαν, ὑποδεεχθέντος ὅτι ἰουδαίας αὐτοκράτορος. ἀλλὰ γὰρ ἀδύνατον ἀνθρώποις τὸ χρεὼν ἐκφυγεῖν, κἂν προορωμένοις. οἱ ἢ καὶ τῶν σημείων,

poſtea verò ſubitam vocem audiere, quæ diceret, Migremus hinc. Quod autem his horribilius fuit, Ieſus quidam, filius Anani, plebeius & ruſticus, quadriennio priùs quàm bellum gereretur, in ſumma ciuitatis pace atque opulentia, cùm ad feſtum diem veniſſet, quo aregias in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos eſt, repentè exclamare cœpit: Vox ab Oriente: Vox ab Occidente: Vox à quatuor ventis: Vox in Hieroſolymam & templum: Vox in maritos nouos nouáſque nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atque hæc inter diu noctúque clamitans omnes ciuitatis vicos circuibat. Nonnulli autem virorum inſignium, aduerſum omen indigne ferentes, corripiunt hominem, multíſque verberibus afficiunt. Ille autem neque pro ſe, nec ad eos qui ſe mulctabant, ſecretò quicquam loquutus, eadem quæ prius vociferans perſeuerabat. Magiſtratus autem rati, quod erat verum, magis diuinum eſſe hominis motum, ducunt eum ad Romanorum præfectum: vbi plagis vſque ad oſſa laceratus, neque ſupplex cuiquam fuit, neque lacrymauit: ſed vt poterat inclinans maximè flebiliter vocem ad ſingulos ictus reſpondebat: Veh veh Hieroſolymis. Albino autem interroganti (is nanque iudex erat) quis eſſet, vel vnde ortus, aut cur iſta diceret, nihil retulit. Non priùs autem ceſſauit à luctu miſeræ ciuitatis, donec eum Albinus furere iudicatum dimiſit. Ille autem ad belli vſque tempus neque adibat quenquam ciuium, neque loqui viſus eſt: ſed quotidie velut orationem quandam meditatus, Veh veh Hieroſolymis querebatur. Sed neque imprecatus eſt cuiquam, cùm in dies ſingulos mulctaretur, nec victum offerentibus bene dicebat. Sola verò eius reſponſio ad omnes erat, triſte præſagium. Maximè autem diebus feſtis vociferabatur: ídque per annos ſeptem, & quinque menſes continuos faciens neque voce rauciór fuit, neque delaſſatus eſt, donec obſidionis tempore ipſa re perſpectis auguriis ipſe quieuit. Suprà murum enim circumiens iterum, Veh veh ciuitati ac fano ac populo, voce maxima clamitabat. Cùm autem ad extremum addidit, veh etiam mihi, lapis tormento miſſus eum ſtatim peremit, animámque adhuc illa omnia lugentem dimiſit. Hæc ſi quis reputet, profectò inueniet, Deum quidem hominibus conſulere modiſque omnibus præmonſtrare quæ ſint eorum generi ſalutaria: ipſos autem ob dementiam ſuam malis voluntariis interire: quandoquidem & Iudæi poſt Antoniam captam quadratum fanum fecerant: cùm in ſacris libris ſcriptum haberent, capiendam ciuitatem ac templum, ſi fanum quatuor angulis eſſet effectum. Sed quod maximè eos ad bellum excitauerat, reſponſum erat ambiguum, itidem in ſacris libris inuentum, quod eo tempore quidam eſſet ex eorum finibus orbis terræ habiturus imperium. Id enim illi quidem quaſi proprium acceperunt, multíque ſapientes interpretatione decepti ſunt. Hoc autem planè reſponſo, Veſpaſianũ deſignabatur imperium, qui apud Iudæam creatus eſt imperator. Sed enim homines fatum vitare non poſſunt, etiam ſi præuiderint. At verò hi ſignorum

quædam pro ſua libidine interpretati ſunt, alia contempsêre: donec patriæ excidio ſuáque pernicie, eorum iniquitas confutata eſt.

Cap. XIII. De Imperio Titi, & ſacerdotum interfectione.

ROmani quidem, poſtquam ſeditioſi ad ciuitatem confugêre, templo itémque omnibus circum locis ardentibus, ſigna in fano repoſuêre contra portam Orientalem: híque ibi ſacrificio celebrato, maximis cum clamoribus declarabant Titum Imperatorem. Vſque adeò verò præda ſatiati ſunt milites vniuerſi, vt in Sytia dimidio quàm pridem fuerat pretio pondus auri væniret. Ex his autem ſacerdotibus, qui in templi pariete perdurauerant, puer ſitiens à Romanis cuſtodibus pacem petebat, ſitímque fatebatur. Sed vbi illi tam ætatis quàm neceſſitatis miſerti, dedêre ei dexteram, & ipſe bibit, & quam ſecum attulerat lagena repleta, ſurſum refugiens abiit ad ſuos: nec eum quiſquam cuſtodum aſſequi valuit, ſed eius perfidiæ maledicebant. Ille autem nihil ſe præter placita feciſſe dicebat. Dexteram enim ſibi datam, non vt apud ipſos remaneret, ſed vt tantùm deſcenderet, atque vt aquam acciperet: quæ cùm fecerit, in fide manſiſſe. Aſtutiam quidem propter ætatem, maximè pueri, qui decepti fuerant, mirabãtur. Quinta verò die ſacerdotes oppreſſi fame deſcendunt, & à cuſtodibus ad Titũ perducti, vt ſalutem ſibi concederet orabant. Ille autem venię quidem tempus illis præteriſſe fatus, periſſe verò id cuius eos gratia meritò conſeruaſſet, decere autem ſacerdotes interire cum templo, duci homines ad ſupplicĩũ iubet. Sed tyranni cum ſociis, quoniam bello vndique tenebantur, circundatis autem nuſquam erat fugæ copia, Titum ad colloquia prouocant. Ille autem pro humanitate naturali ſemper oppidum ſeruare cupiens, & amicis præterea ſuadentibus (latrones enim iam moderatiores factos eſſe arbitrabantur) in parte occidua templi interioris conſiſtit. Hic enim ſuper Xyſtum erant portæ, ac pons qui ciuitatem ſuperiorem templo iungebat, íſque tunc inter tyrannos ac Titum interueniebat. Multi autem militum vtrinque denſi aſtabant: Iudæi quidem circum Simonem ac Ioannem ſuſpenſi ſpe veniæ: Romani verò ad Cæſarem ſpeculandi ſtudio, qualiter eos reciperet. Edicto autem dato militibus, Titus, vt & iracundiam & ſagittas continerent, adhibitóque interprete, quo argumento ſuperior oſtendebatur, prior alloqui cœpit. Etiámne ſaturati eſtis patriæ malis, ô viri? quibus neque virtutis noſtræ, neque infirmitatis propriæ venit in mentem: ſed inconſulto impetu ac furore perditis populum & ciuitatem ſimul ac templum, ipſi quoque iuſtè perituri: qui primùm quidem, poſtquam vos Pompeius fortiter debellauerat, nouas res affectare non deſtitiſtis, deinde etiam bellum apertum contra Romanum populum extuliſtis: vtrúmne multitudine freti? atqui parua manus vobis Romani exercitus ſatis reſtitit. Auxiliatorum fide? Et quæ gens imperio noſtro libera, Iudæos præ Romanis optaret? Sed viribus corporum? Atqui ſcitis nobis ſeruire Germanos. Firmitate

ἃ μ' ἔκρινεν πρὸς ἡδονὴν, ἃ δ' ἐξεθέσπισεν, μέχρις ὅτε ἀλώσει ἡ πατρίδος, ⸌ τῷ σφῶν αὐτῶν ὀλέθρῳ, διηλέγχθησαν τὴν ἄνοιαν.

Κεφάλαιον λϛ.

Ρωμαῖοι ἤ τ μὲν ϛασιαστῶν, παλαιπεφλεγότων εἰς τὴν πόλιν, καμφιβόλῳ ἤ αὐτῷ τε τῷ ναῷ, ⸌ τ πέριξ ἁπάντων, κομίσαντες τὰς σημαίας εἰς τὸ ἱερὸν, ⸌ θέμενοι ἀπατολικῆς πύλης ἄντικρυς, ἔθυσάν τε αὐτᾶς αὐτόθι, ⸌ τὸν πῖτον μετ' μεγίστων ἐφημιῶν ἀπέφηναν αὐτοκράτορα. τῇ ἤ ἁρπαγαῖς ὕστερος ἐνεπλήσθησαν οἱ ϛρατιῶται πάντες, ὥς τε κατὰ τ συρίαν πρὸς ἥμισυ τῆς πάλαι τιμῆς, τ ϛαθμὸν τῆ χρυσίου πραθέσθαι.

Κεφάλαιον λγ.

Τῶν ἤ αὖθ τ τοῖχον τῆ ναῆ ἱερέων διαχαρτερούντων, παῖς διψήσας ἱκέτευε τοὺς φύλακας τῶν ῥωμαίων δεξιὰν δέξιαν αὐτῷ, ⸌ τὸ δίψος ὁμολογεῖν. τῷ ἤ τ ἡλικίας ⸌ τ ἀνάγκης οἴκτον λαβόντων ⸌ δόντων δεξιάς, καταβὰς αὐτός τε πίνει, ⸌ ὃ φέρων ἦκεν αἴσιον πλήσας ὕδατος, ὠχέτο φεύγων πρὸς τοὺς σφετέρους. τῷ ἤ φυλάκων καταλαβεῖν μὴ ἐθέλις ἴσχυσε, πρὸς ἤ τ ἀπιςίαν ἐβλασφήμων. κἀκεῖνος ἐδὲν ἔφη παραβεβηκέναι τ συνθηκῶν. λαβεῖν ἤ δέξιαν ἐ τ μέλλειν παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ τ καταβλῦσαι μόνον ⸌ λαβεῖν ὕδωρ, ἅπερ ἀμφότερα πεποιηκώς, πιςὸς ἐδόκει εἶ. τὸ μὲ δὴ πανοῦργημα διὰ τ ἡλικίαν μᾶλλον ἢ τ παιδὸς, ἀπεθαύμαζον οἱ πλανηθέντες. πέμπτῃ δ' ἡμέρᾳ λιμῶττοντες οἱ ἱερεῖς καταβαίνουσι, ⸌ πρὸς πῖτον ἀναχθέντες ὑπὸ τ φυλάκων, ἱκέτευον τυχεῖν σωτηρίας. ὁ ἤ τὸν μὲν τ συγγνώμης καιρὸν αὐτοῖς παρωχηκέναι φήσας, οἵᾳ ἤ δι' ὧν ἐλόγως αὖ αὐτὲς ἔσωζε, πρέπειν ἤ τοῖς ἱερεῦσι τῷ ναῷ σωναπολέσθαι, κελεύει κολάσαι τοὺς ἄνδρας.

Κεφάλαιον λδ.

Οἱ ἤ πρὲ τοὺς τυράννους, ὡς τῷ τε πολέμῳ παντα χόθεν ϗρατοῦντο, ⸌ πρεπετ ϛιχημένους ἀφαφυγεῖν ἐδαμόθεν ἐῶ, προσκαλοῦν ἤ τ πῖτον εἰς λόγους. ὁ ἤ διὰ τὸ φιλανθρωπον φύσει, τὸ γοῦν ἄχυ πρεσπόσαν προαιρούμενος, ⸌ τῷ φίλων ϗαμένων, ἤδη γὰ μεριάζειν τοῖς ληϛαῖς ὑπελάμβανεν, ἵϛατο ⸌ τὸ πρὸς δύσιν μέρος τῆ ἔξωθεν ἱερᾶ. ταύτῃ γὰρ τὸν ξυσὸν ἦσαν πύλαι, ⸌ γέφυρα συνάπτουσα τῷ ἱερᾷ τὴν ἄνω πόλιν. αὕτη τότε μέση τῶν τυράννων ἐῶ ⸌ τῆ καίσαρος. τὸ ἤ πλῆθος ἑκατέρους, βύδην ἐφεϛήκει. ἰουδαῖοι μὲν πρὲ σίμωνα ⸌ ἰωάννην, μετέωροι συγγνώμης ἐλπίδι. ῥωμαῖοι ἤ καίσαρι παραδοκῶντες αὐτῷ τὴν ἀξίωσιν. πλαγγεῖλας ἤ τοῖς ϗρατιώταις πῖτος, θυμῆ τε ⸌ βελῶν μᾶλλον ἐγκρατεῖς, ⸌ τ ἐρημίαν πλυσπάμενος, ὅπερ ἐῶ τακμήριον τ κρατεῖν, πρῶτος ἤρξατο λέγειν. ἆρα γε ἤδη κεκόρεσθε τῷ τ πατρίδος κακῶν, ἄνδρες, οἱ μήτε τῆς ἡμετέρας τ δυνάμεως, μήτε τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας ἔννοιαν λαβόντες, ὁρμῇ ἤ ἀσκέπτῳ ⸌ μανίᾳ, τόν τε δῆμον, ⸌ τὴν πόλιν ⸌ τ ναὸν ἀπολωλεκότες, ἀπολύμενοι ἤ ⸌ αὐτοὶ δικαίως; οἳ πρῶτον μὲν ἀφ' ἑ πομπηΐος εἵλεν ὑμᾶς κατὰ κράτος, ὡς ἐ παύσασθε νεωτεροποιᾶς, ἔπειτα ⸌ φανερὸν ἐξενέγκατε πρὸς ῥωμαίους πόλεμον; ἆρά γε πλήθει πεποιθότες; ⸌ μὲν ἐλάχιστον ὑμῖν μέρος αὐτήρκησε τῶ ῥωμαίων ϛρατιωτικῶ. πίσει δὲ γερμανῶν συμμάχων; ⸌ τί τ ἔξω δ' ἡμετέρας ἡγεμονίας ἐθνῶν ἐμελλεν αἱρήσεσθαι ἰουδαίους πρὸ ῥωμαίων; ἀλλ' ἀλκῇ σωμάτων; ⸌ μὲν ἴϛε γερμανοὺς δ' ἐλάσσοντας ἡμῶν. ὀχυρότητι ἢ τει-

ἢ τειχῶν; καὶ τί μεῖζον ὠκεανὸς τεῖχος κώλυμα, ὃν
ὡς βεβλημένοι βρετανοὶ, τὰ ῥωμαίων ὅπλα σεβομεθα;
καρτερία ψυχῆς καὶ παρασκευὴ στρατηγῶν; ἀλλὰ
μᾶλλον ἦθος καὶ καρχηδονίους ἀλόντας. τοιγαροῦν ὑμᾶς
ἐπήγειρε καὶ ῥωμαίων, ἡ ῥωμαίων φιλανθρωπία· οἳ
πρῶτον μὲν ὑμῖν, τήν τε χώραν ἐδόμεν νέμεσθαι, καὶ βα-
σιλεῖς ὁμοφύλους ἐπεστήσαμεν· ἔπειτα τοῖς πατρίοις
νόμοις ἐτηρήσαμεν, καὶ ζῆν οὐ μόνον καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ
καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπεξέφαμεν ὡς ἐβούλεσθε. τὸ δὲ μέγιστον,
δασμολογεῖν τε ὑμῶν δοκοῦμεν τῷ θεῷ, καὶ ἀναθήματα
συλλέγειν ἐπετρέψαμεν· καὶ τοὺς ταῦτα φέροντας οὔτε
ἐκωλύσαμεν, οὔτε ἐκωλύσαμεν, ἵν' ἡμῖν χρήσθε
πλησιώτεροι, καὶ εὐδαιμονέστερον τοῖς ἡμετέροις χρή-
μασι καθ' ἡμᾶς. ἔπειτα πλείστων ἀγαθῶν ἀπολαύ-
οντες, δοκεῖτοῖς εὐδαίμονας λύειν κατὰ κόρον, καὶ δί-
καιον τῷ ἀπιθανοτάτων ἐρωτᾶν, τοῖς φαύλοις τὸν ἴον
ἀναφήκατε. ἔσω γοῦν κατέφερνήσατε τὸ νέρωνος ῥα-
θυμίας, καὶ καθάπερ ῥήγματα, ἢ ἀπάσματα, τὸν ἄλλον
χρόνον κακοήθως ἠρεμοῦντες, ἐν τῇ μείζονι νόσῳ δι-
εφάνη τε, καὶ πρὸς ἐλπίδας αἰσθοῖς, καὶ ἀμέτρους ἐξε-
τείνατε τὰς ἐπιθυμίας. ἦκεν ὁ πατὴρ ἐμὸς εἰς τὴν
χώραν, ἐ πεμφρησόμενος ὑμᾶς τῷ κατὰ κέρσιον, ἀλλὰ
νεθετήσων. δέον γοῦν εἴπερ δοκεῖ ἐπανασάσει τὸ ἔθ-
νους παρὼν, δοκεῖ τὴν ῥίζαν ὑμῶν ἐκβαλεῖν, καὶ ταύτην ἐκ-
πορθεῖν τὴν πόλιν δυσέως, ὁ ἦν γαλιλαίαν ἐδήου καὶ τὰ
περιξ, ὅπως δοκοῖς ὑμῖν χρόνον εἰς μετάνοιαν. ἀλλ' ὑμῖν
ἀσθένεια τὸ φιλάνθρωπον ἐδόκει, καὶ τῆς ἡμετέρας
ἠρᾳότητος, τὴν τόλμαν ἐπεθρέψατε. νέρωνος οἰχομένου,
τὸν ὅπερ ἐχθρὸν τοῖς πονηροτάτοις, ἐποιήσατε, τὴν ἐμ-
φυλίοις ἡμῶν ταραχαῖς ἐπεθαρρήσατε. καὶ χωρισθέν-
των εἰς τὴν αἴγυπτον ἐμοῦ τε καὶ τοῦ πατρὸς, εἰς πα-
ρασκευὰς τοῦ πολέμου κατεχρήσασθε τοῖς καιροῖς. καὶ
οὐ ἠδέσθητε ταράσσειν αὐτοκράτορας γεγυμνωμένους,
οὐδὲ καὶ στρατηγοὺς φιλανθρώπους ἐπειράσατε. προσφυ-
γούσης γοῦν ἡμῖν τῆς ἠγεμονίας, καὶ τῷ μὲν κατὰ
ταύτην ἠρεμοῦντων πάντων, προφερομένων δὲ καὶ
σωπωμένων τῷ ἔξωθεν ἐθνῶν, πάλιν οἱ ἰουδαῖοι
πολέμιοι. καὶ προσβεῖαι μὲν ὑμῖν πρὸς τοὺς ὑπὲρ δυ-
φράτου δοκοῦντας νεωτερισμῷ, προβόλοι δὲ τειχῶν αἰσι-
κοδομέμενοι καινοί· σάσεις δὲ, καὶ τυράννων φιλονει-
κίαι, καὶ πόλεμος ἐμφύλιος, μόνα τοῖς ἔτι πονηροῖς πρέ-
ποντα. ἦκον δοκεῖ τὴν πόλιν ἐγὼ, οὐδὲ τὰ πατρὸς ἀκοντος,
λαβὼν σκυθρωπὰ προαγγέλματα, τὸν δῆμον ἀ-
κούσας εἰρηνικὰ φρονεῖν, ἠθέλησα. ὑμᾶς παύσασθαι πρὸ
πολέμου παρεκάλουν, μέχρι πολλῶν πολεμιωτάτων
ἐφειδόμην, δεξιὰς αὐτομόλοις δέδωκα, καταφυγοῦσι
πίστιν ἐτήρησα, πολλοὺς αἰχμαλώτους ἠλέησα, τοῖς ἐ-
πειγομένοις βασανίσαις, ἐκόλασα· τείχεσιν ὑμετέροις
μηχανὰς ἄκων προσήγαγον, ἀεὶ φονῶντας τοῖς
στρατιώτας ἐφ' ὑμῶν κατέσχον. καθ' ἑκάστην νίκην ὡς
ἡττώμενος, ὑμᾶς εἰς εἰρήνην προὐκαλεσάμην. τῶν ἱε-
ρῶν πλησίον γενόμενος, πάλιν ἑκὼν ἐξελαθόμην
τῆς τοῦ πολέμου νόμων. φείσασθαι δὲ παρεκάλουν
τῆς ἰδίων ὑμᾶς ἁγίων, καὶ σῶσαι τὸν ναὸν ἑαυ-
τοῖς, δοθεῖσ ἄδειαί τε ἐξόδου καὶ πίστιν σωτηρίας.
εἰ δὲ βούλεσθε μάχης καιρὸν, ἐν ἄλλῳ τόπῳ. πάν-
των ὑφείσθε, καὶ τὸν ναὸν ἰδίαις χερσὶ ἐνεφρή-
σατε. ἔπειτα μαρώτατοι προκαλεῖσθέ με πρὸς λόγους πάλιν, ἵνα τι σώσητε τοιοῦτον οἷον ἀπώλεσεν;

A murorum? Et qui maior Oceano murus atque obstaculum? quo septi Britanni, adorant arma Romanorum. Animorum obstinatione, vel astutia ducum? Atqui Carthaginenses captos esse nouerat is. Itaque vos contra Romanos ipsorum excitauit humanitas, qui primùm vobis & terram dedimus possidendam, & gentiles imposuimus reges, deinde leges seruauimus patrias, & viuere vos non solùm discretos, sed cum aliis etiam vestra voluntate concessimus: quódque maximum est, tributum capere Dei nomine, ac donaria colligere permisimus: eáque offerentes neque monuimus, neque
B prohibuimus, vt hostes nobis efficeremini ditiores, nostráque pecunia vos contra nos instrueretis: Ergo tantis bonis affecti, satietatem in eos qui hæc vobis præstiterant, extulistis, & immitium exemplo serpentium virus blandientibus infudistis. Esto, Neronis negligentiam contempsistis, & veluti ruptum aliquod membrum, siue contractum alias, malè quieti in
C maiore vitio detecti estis, & ad spes improbas, etiam cupiditates immodicas explicastis. Venit pater meus ad patriam vestram non vt pœnas à vobis ob ea quæ in Cestium commiseratis, exigeret, sed monitis emendaret. Denique cum deberet, si depopulandæ nationis causa venisset, stirpem vestram petere, atque hanc delere ciuitatem, Galilæam & circa eam loca vastare maluit, vt pœnitendi vobis præberet inducias.
D Sed hæc eius humanitas infirmitas videbatur, nostráque lenitate aluistis audaciam. Et Nerone mortuo, fecistis quod nequissimi solent, & ex intestinis nostris dissensionibus fiduciam præsumpsistis: méque ac patre meo digressis ad Ægyptum ad struendum bellum tempus illud vtile putauistis. Neque vos puduit perturbare principes declaratos, quos etiam duces humanissimos fueratis experti. Denique vbi ad nos confugit imperium, & omnibus in eo
E quiescentibus. per legatos autem gratulantibus exteris nationibus, ecce iterum hostes Iudæi: & legationes quidem à vobis trans Euphraten vsque, nouarum rerũ gratia missæ, murorum autem noui ambitus: seditio etiam, tyrannorúmque contentio, & bellum intestinum, quæ sola huiusce modi nequissimos decent. Iussus ergo ab inuito patre cum mandatis tristibus ad ciuitatem venire, lætabar, cognito populum de pace sentire. Ante bellum rogabam vos desistere, pugnantibus aliquandiu parcebam, spõte ad me venientibus dexteram dedi, fidem seruaui confugientibus, multos captiuos miseratus, verberibus vrgentes bellum coercui, muris vestris machinas inuitus admoui, semper cædis vestræ cupidos milites continui. Quoties
F vici, toties vos ad pacem tanquam victus prouocaui. Cùm propè ad templum accessissem, consultò iterum legis belli oblitus parcere vos propriis sanctis orabam, templúmque seruare, data vobis exeundi copia & fide salutis: vel etiam pugnare alio tempore si velletis, in
G alio loco facultatem præbui. Ista omnia spreuistis: & templum manibus vestris incendistis. Deinde sceleratissimi nunc me ad colloquium prouocatis, vt quid tale conseruetis quale periit?

Qua vosmetipsos salute dignos esse post templi excidium iudicatis? Quinetiam nunc armati statis, & nec in extremis supplices assimulatis. O miseri, qua fiducia? Nónne populus vester exanimatus? Templum verò periit, mihíque subdita est ciuitas: in manibus autem meis habetis animas vestras. Et tamen fortitudinis esse gloriam mortem arbitramini. Non contendam cum pertinacia vestra. Proiectis autem armis, traditísque corporibus, vitam vobis indulgeo, & sicut in priuata domo, dominus mitis vltus grauiora, cætera mihi seruo. Ad hæc illi responderunt, fidem quidem se ab eo minimè posse accipere: nam iurasse nunquam id facturos: exeundi verò per munitiones, quà murum sepserat, cum coniugibus ac liberis facultatem petebant. Ituros enim se in solitudinem ipsíque oppidum relicturos. Ob hoc Titus vehementer iratus, quòd in sorte captorum constituti, victorum sibi conditiones ponerent, declarari quidem his iussit voce præconis, ne vlteriùs ad se profugerent, néve fidem sperarent: nulli enim esse parcendum: cunctis autem viribus dimicarent, & quantum possent, saluti suæ consulerent: iam enim se omnia iure belli gesturum. Militibus autem diripere ciuitatem atque inflammare permisit. Illi autem ipso quidem die nihil egerunt. postero autem die Archiuum, Acram, & curiam, & qui vocatur Ophla, succendêre: & progrediebatur ignis vsque ad Helenæ regiam, quæ in media erat Acra: nec minus ciuitatis mortuis plenæ vici domúique ardebant. Eodem die Izatæ regis filij, & fratres, cúmque his multi nobiles ex populo congregari, vt fidem sibi daret, Cæsari supplicarunt. Ille autem, quanquam cæteris omnibus iratus erat, mores tamen non mutauit, sed eos suscepit. Et tunc quidem omnes in custodia habebat: regis autem filios ac propinquos postea vinctos Romam perduxit, fidem obsidum præstaturos.

CAP. XIV. De prædæ seditiosorũ & successione interioris ciuitatis.

SEditiosi autem ad domum regiam profecti, vbi (quia tuta erat) multi facultates suas deposuerant, & Romanos hinc pellunt, & omnibus popularibus qui eò conuenerant prope ad octo millia & quadringentos occisis pecuniam etiam diripuêre. Viuos autem duos milites Romanos cepêre, vnum equitem, alterum peditem. & peditem quidem interfectum per omnem traxêre ciuitatem, velut vno corpore omnes Romanos vlciscerentur, eques verò quiddam his quod saluti foret, suadere pollicitus deducitur ad Simonem, cúmque ibi quæ diceret non haberet, Ardalæ cuidam ex numero ducum traditur puniendus. Is autem eum reuinctis post terga manibus oculisque fascia obstrictis, in conspectum Romanorum veluti capite cæsurus produxit. Verùm ille, dum gladium Iudæus educeret, ad Romanos refugit. Hunc Titus quoniam ab hostibus esset elapsus, non est passus quidem occidi, indignum verò esse Romanorum militem iudicauit, quia viuus fuerat captus: & armis ablatis eũ agmine pepulit, quæ res prudẽti viro grauior esse morte videbatur. Postero autem die Romani, versis in fugam ex inferiori ciuitate latronibus, omnia Siloam vsque igni tradidêre

οἵας ὑμᾶς αὐτὸς ἀξιοῦτε μὴ τ̃ ναὸν σωτηρίας; ἀλλὰ καὶ νεῶ μὴ τ̃ ὅπλων ἐφίεσθε, καὶ ὐδ' ἐν ἐσχάτοις ὑποκύπτε θε γῶν ἱκέτας, ὡς ἀλαμπώσει, πῖνι πεποιθότες; ἀ νεκρὸς μ̃ ὑμῶν ὁ δῆμος; οἴχε) ὁ ναὸς, ὑπ' ἐμοὶ ἡ πόλις· ἐν χερσὶ ἢ τ̃ ἐμαῖς ἔχετε τὰς ψυχάς. εἰδ' ὑπολαμβάνε δόξαν ἀνδρίας τὸ θανατᾶν; ἀ μὲν ἐγὼ φιλονεικήσω θεὸς τ̃ ὑπόνοιαν ὑμῶν ῥίψασι) τὰ ὅπλα, καὶ ὡδαδὴ πα τὰ στόματα, χαρίζομαι τὸ ζῆν. ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ θεῶς δεσπότης, τὰ μὲν αἰτήκεσα κολάσας, τὰ) λοιπὰ σώζων ἐμαυτ῵.

Κεφαλ. λε.

ΠΡὸς ταῦτα ὑποκείνοι) , δεξιὰ μ̃ μὴ δύνασθαι παρ' αὐτ῵ λαβεῖν, ὁμωμοκέναι γὰρ, μηδ' ποτε τῦτο ποιήσειν· ἔξοδον δ' ἠτοῦντο ὅλα τ̃ φυγχίσμασι μ̃ γυναικῶν ⁊ τέκνων. ἀπελθόντας γὰρ εἰς τ̃ ἔρημον, ⁊ καταλείψειν αὐτῷ τ̃ πόλιν. θεὸς ταῦτα ἀγανακτήσας τῖτος, εἰ τύχοι ἐαλωκότων ἔχοντες αἰχμὰς αὐτῷ θεοτείνουσιν νενικηκότων, κηρύσσει μ̃ κέλευσιν εἰς αὐτὸς, μήτε αὐτομολεῖν, μήτε δεξιὰν ἐλπίζειν· φείσασθαι γὰρ ὐδενὸς· ἀλλὰ ἅπασι δυνάμει μάχεσθαι, καὶ σώζειν ἑαυτὸς, ὅπως ἂν δύνων) · πάντα γὰρ αὐτὸς ἤδη θεῷξὶ πολέμε νόμω. τοῖς) στρατιώτας ἐμπιπρᾶναι, καὶ διαρπάζειν ἐπέτρεψε τ̃ πόλιν. οἱ δ' ἐκείνῳ μ̃ ἐπέσχον τ̃ ἡμέραν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ, τό, τε ἀρχεῖον, καὶ τ̃ ἄκραν, καὶ τὸ βουλευτήριον, καὶ τ̃ ὀφλᾶ καλούμενον ὑφῆψαν· καὶ θεῦκε τὸ πῦρ μέχρι τ̃ ἑλένης βασιλείων, ἃ δὴ κ̃ μέσῳ τ̃ ἄκρας ἦν. ἐκαίοντο δ' οἴκοι γενωποὶ, καὶ αἱ οἰκίαι νεκρῶν ὑπὸ τῦ λιμῦ διεφθαρμένων πλήρεις.

Κεφάλ. λς.

ΚΑτὰ ταύτην τ̃ ἡμέραν, οἵ, τε ἰζάτε βασιλέως υἱοὶ ⁊ ἀδελφοὶ, θεὸς οἷς πολλοὶ τ̃ ὁπισήμων δήμο τῷ ἐκεῖ συνελθόντες, ἱκέτευσαν καίσαρα δοῦναι δεξιὰ αὐτοῖς. ὁ) καίτοι θεὸς πάντας τὰς ὑπολοίπους διωρισμένους, ὡς ἠλλαχε τὸ ἦθος, δίχε)) τοὺς ἄνδρας, καί ὅτε μ̃ ἐν φρυρᾷ πάντας εἶχε, ὁμοῖς) βασιλέως παῖδας, καὶ συγγενεῖς δήσας, ὕστερον εἰς ῥώμλν ἀπήγαγε, πίσιν ὁμήρων παρέξοντας. Κεφ. λζ.

ΟΙ σασιανοὶ δ' ὅπ τ̃ βασιλικὴν ὁρμήσαντες αὐλὴν, εἰς λῶ δ' ὀχυρότητα πολλοὶ τὰς κτίσεις ἐπέθεντο, ὁμοῖς τε ῥωμαίοις ἐπ' αὐτοὺς ξέπον) , καὶ τὸ συνθεσισμένον αὐτόθι τ̃ δήμε πᾶν φονεύσαντες, ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους καὶ τετρακοσίους, τὰ χρήματα διήρπασαν. ἐζώγρησαν) καὶ ῥωμαίων δύο, τ̃ μὲν ἱππέα, τ̃) πεζόν. καὶ τ̃ μὲν πεζὸν ὑποσφάξαντες διὰ θέως, ἕσυραν θεῖ τ̃ πόλιν, ὥσπερ ἑνὶ σώματι πάντας ῥωμαίους ἀμυνόμενοι. ὁ δ' ἱππεὺς ὠφέλιμόν τι αὐτοῖς θεὸς σωτηρίαν ὑποθήσεσθαι λέγων, ἀνάγε) θεὸς σίμωνα, παρ' ᾧ μηδὲν εἰπεῖν ἔχων, ἀρδάλα τινὶ τ̃ ἡγεμόνων ὧδε δίδε) κολασθησόμενος. ὁ δ' αὐτὸ ὀπίσω τὸ χεῖρε δήσας, καὶ ταινίᾳ τὰς ὀφθαλμοὺς, ἀπεκρύ τ̃ ῥωμαίων θεοήγαγε ὡς καρατομήσων. φθάσει δ' ἐκεῖνος εἰς τοὺς ῥωμαίους διαφυγών, ἐν ὅσῳ τὸ ξίφος ἐσπάσατο ὁ ἰουδαῖος. τῦτον διαφυγόντα μ̃ ἐν τῷ πολεμίων, ἀπελεῖν μὲν ἠξίωσεν τῖτος. ἀνάξιον) ῥωμαίων εἶ) στρατιώτου κεῖνας, ὅτι ζῶν ἑλήφθη, τότε ὅπλα ἀφείλετο, καὶ τὸ ζῆσαι ἐξέβαλεν, ἅπερ ἦν αἰχμωμένῳ θανάτε χαλεπώτερα.

Κεφαλ. λη.

ΤῊ δ' ἑξῆς ῥωμαῖοι ξεφάμενοι τὰς λῃσὰς ἐκ τ̃ κάτω πόλεως, τὰ μέχρι τ̃ σιλωᾶ πάντα ἐνέπρησαν.

⁊ τὸ

καὶ τῶ μὲ ἄστεος ἥδοντο διαπανωμένω, τῶ δ' ἁρπαγῶν δι- A
μάρτανον· ἐπῄδη πάντ' οἱ σασιασταὶ σφᾶς κενεῶντες, ἀνε-
χώρουν εἰς τ' ἄνω πόλιν. ἐῶν γὰρ αὐτοῖς μεζόνοια μὲν ἀ-
δεμία τ' κακῶν, ἀλαζονεία δ' ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς. καμο-
μένω γὰν ἀφορῶντες τ' πόλιν, ἱλαροῖς τοῖς προσώποις
ἀθυμοι προσδέχεσθ' τ' τελευτὴν ἔλεγον· πεφονευμένω
μὲ τ' δήμω, κεκαυμένω δ' τ' ναῶ, φλεγομένω δ' τ' ἄστεος,
μηδὲν καταλιπόντες τοῖς πολεμίοις. ἀ μὲν ὄγε ἰώσηπος
ἐν ἐχάτοις ἱκετεύων αὐτοὺς ὑπὲρ τ' λῃστάνων τ' πόλεως B
ἔκαμνεν. ἀλλὰ πολλὰ μὲ πρὸς τ' ὠμότητα, καὶ τ' ἀσέ-
βειαν εἰπών, πολλὰ δ' συμβουλεύσας πρὸς σωτηρίαν,
ἀδὲν τ' χαλεπαθοῦντ πλέον ἀπωνήκατο. ἐπεὶ δ' ὅτε
πρόφασιν ἔχειν τ' ὅρκον ἑαυτοὺς ὑπέμενον, ὅτε πολε-
μεῖν ἐξ ἴσου ῥωμαίοις ἐθ' οἷοί τε ἦσαν, ὥσπερ εἰρκτῆ πε-
ριεχλημμένοι· τότε τ' φονεύειν ἔθος κινεῖ τοὺς δικίας,
σκιδνάμενοι καὶ τὰ ἔμπροσθεν τ' πόλεως, τοῖς ἐρήμοις
ὑπελόχων τοὺς αὐτομολεῖν ὁρμημένους. ἠλίσκοντο δ' C
πολλοί, καὶ πάντας ἀποσφάττοντες, ὑπὸ γὰρ ἐνδείας
οὐδὲ φυγεῖν ἴσχυον, ἐρρίπτουν αὐτῶ κυσὶ τοὺς νεκρούς.
ἐδόκει δ' πᾶς τρόπος ἀπωλείας τῶ λιμῶ κουφότερος·
ὡς τε καὶ ῥωμαίοις ἀπηλπικόσιν ἤδη τ' ἔλεον, ὅμως
προσέφυγον, καὶ φονεύσαι τοῖς σασιασταῖς ἑκόντες εἰ-
πτον. τόπος τε ὅλη τ' πόλεως, οὐδεὶς γυμνὸς ἦν, ἀλλὰ
ἅπας λιμῶ νεκρὸν εἶχεν ἢ σάσεως. καὶ πεπλήρωτο νε-
κρῶν, ἃ δὴ σάσιν, ἃ δὴ λιμὸν ἀπολωλότων.

Κεφαλ. λϑ.

ΕΘαλπε δ' τοὺς τυράννους, καὶ τὸ σὺν αὐτοῖς λη- D
στρικὸν, ἐλπὶς ἐχάτη περὶ τ' ὑπονόμων, εἰς οὓς κα-
ταφύγοντες ἀ περιτεδόκων ἑρμηνήσειν· μὴ δ' τὶν
παντελῆ τ' πόλεως ἅλωσιν, ἀναζεξαίτων ῥωμαίων
προελθόντες, ἀποδράσειν ἐπειρῶντο. τὸ δ' ἐῶ ἄρα
ὄνειρος αὐτοῖς. ὅτε γὰρ τ' θεὸν, ὅτε ῥωμαίους λήσειν ἐ-
μελλον. τηνικαῦτα γε μὲν τοῖς ὑπογείοις πεποιθότες,
αὐτοὶ πλείονα τῶν ῥωμαίων ἐπέφερσαν, καὶ τοὺς ἐκ τ'
καμομένων καταφύγοντας εἰς τὰς δίωρυχας, ἐκτεινόν E
τε αἰεὶ ἐῶ ἐσύλων. κἂν εἴ τινος σῦριεν φοφῶ ἁρπά-
ζοντες, αἵματι περφυρμένω κατέπινον. ἐῶν δὲ καὶ πρὸς
ἀλλήλους ἐν τ' ἁρπαγαῖς ἤδη πόλεμος αὐτοῖς. δοκοῦσι
δ' ἄν μοι μὴ φθαδέντες ὑπὸ τ' ἁλώσεως, δι' ὑπερ-
βολὴν ὠμότητος, γεύσασθαι καὶ τῶν νεκρῶν.

Κεφάλαιον μ.

ΚΑῖσαρ δ' ὡς ἀμήχανον ἦν ἐξελεῖν δίχα χωμά- F
των τὴν ἄνω πόλιν προεκρημνον ὖσαν, διανέμει
τοῖς ἔργοις τ' δύναμιν, λώβ μὲν ὡς εἰκάδι χαλεπὴν δ'
ἐῶν τ' ὕλης ἡ κομιδὴ, πάντων ὡς ἐφεῶ τῶν περὶ τ' πόλιν
ἐφ' ἑκατὸν σταδίους ἐνειλουμένων εἰς τὰ πρόσθεν χώ-
ματα. τ' μὲν ἓν τεσσάρων τεταμάτων ἠγείρετο τὰ ἔργα
καὶ τὸ πρὸς δύσιν κλίμα τ' πόλεως, ἄντικρυς τ' βασι-
λικῆς αὐλῆς. τὸ δ' συμμαχικὸν πλῆθος, καὶ ὁ λοιπὸς ὄ-
χλος καὶ τ' ξυστὸν, ἐξ ᾗ καὶ τ' ἕφυραν, καὶ τ' σίμωνος πύρ
γον, ὃν ᾠκοδόμησε πρὸς ἰωάννην πολεμῶν ἑαυτῶ φρού-
ριον. καὶ ταύτας τὰς ἡμέρας, οἱ τῶν ἰδουμαίων ἡγε- G
μόνες κρύφα συνελθόντες, ἐβουλεύσαντο περὶ πα-
ραδόσεως σφῶν αὐτῶν, καὶ πέμψαντες ἄνδρας
πέντε πρὸς τίτον, ἱκέτευον δοῦναί σφίσιν αὐτοῖς. ὁ δ'
καὶ τοὺς τυράννους ἐνδώσειν ἐλπίσας, ἀποσπαθέντων
ἰδουμαίων, οἳ πολὺ τῶ πολέμου μέρος ἦσαν, βρα-
δέως μὲν, ἀλλ' οὖν καταδύει τε τ' σωτηρίαν αὐτοῖς,

& oppidum quidem gaudebant absumi, rapinis verò carebant: quoniam latrones exinanitis prius omnibus, in superiorem ciuitatem recedebant. Erat namque illis malorum quidem nulla pœnitudo: arrogantia autem tanquam in rebus secundis. Denique ardere ciuitatem lætis vultibus aspicientes, alacri voto mortem sibi expectare dicebant, quòd perempto populo, incenso templo, & flagrante oppido, nihil essent hostibus relictum. Sed tamen Ioseph. in extremis eorum rebus, pro reliquis ciuitatis obiecrando laborabat. Sed multa quidem in eorum crudelitatem atque impietatem locutus, multa verò pro salute adhortatus, nihil amplius quàm elusus est: quia neque se tradere propter iusiurandum patiebantur, neque pugnare cum Romanis ex æquo iam poterant, veluti custodia circumuallati: cædisque insuper consuetudo dexteras commouebat. Dispersi autem per ciuitatem, per rimas latitabant, profugere paratis insidiantes. Multi autem capiebantur, omnésque interficiebantur: nam propter inediam fugere non valebant: mortuos autem canibus proiiciebant. Omne autem pereundi genus, fame leuius videbatur: adeò vt ad Romanos quoque sine licentia, etiam desperata misericordia, tamen fugerent: atque in seditiosos à cæde non cessantes, sponte inciderent. nullúsque in ciuitate locus vacuus erat: sed cuncta mortuos habebant, quos fames aut latrones confecerant, & cadaueribus eorum plena erant, qui alimentorum penuria vel seditione perierant. Tyrannos autem fouebat, factionémque latronum, spes vltima sita in cloacis: quò si fugissent, minimè inueniri posse arbitrabantur: sed peracto excidio, post Romanorum digressum prodire ac fugere cogitabant. Id autem planè illis erat somnium. Nec enim vel Deum, vel Romanos fuerant latituri. Tunc quidem subterraneis freti, plura quàm Romani concremabant, & qui ex incendiis fugientes in cuniculos descendissent, eos improbè necabant, itémque spoliabant. Quinetiam cibum sicubi reperissent concretum sanguine rapientes, deuorabant. Erat autem inter se illis iam rapinarum causa bellum, cósque putauerim, nisi excidio præuenti essent, nimia crudelitate mortuorum quoque corpora degustaturos fuisse.

CÆsar autem fieri non posse prospiciens, vt sine aggeribus superiorem caperet ciuitatem, in præruptо vndique loco sitam, distribuit operibus militem vicesimo die mensis Augusti. Erat autem transuectio materiæ difficilis: omnibus, vt dictum est, circum ciuitatem vsque ad centesimum stadium in priorum aggerum extructionem detonsis. Quatuor quidē legionum opus in Occidentali parte ciuitatis contra aulam regiam erigitur: auxiliarium verò manus, & cætera multitudo xystum versus, ac pontem, & Simonis turrim, quam cum Ioanne bellum gerens, pro castello sibi ædificauerat. His autem diebus, Idumęorum ducesclàm congregati, consilium de sui traditione cepēre: missíque ad Titum quinque, vt dexteram sibi daret, precabātur. Ille verò tyrannos sperasse cessuros Idumęis abstractis, quoniā belli pars videbātur, serò quidem, verūtamē vitam his pollicitus

CAP. XV. Superior pars ciuitatis oppugnatur, & confugiunt aliqui Iudæorum ad Titum.

legatos remisit. Discessum autem parantibus Simon præsensit, & eos quidem, qui ad Titum perrexerant, quinque viros statim occidit: duces verò, quorum nobilissimus erat Sosæ filius Iacobus, correptos in custodiam coniicit. Nec multitudinem Idumæorum, abductis rectoribus, quid ageret nescientem, sine custodia habebat: sed diligentioribus eam custodiis amplectebatur: & tamen custodes profugientibus obstare non poterant. Quamuis enim multi necarentur, plures tamen erant qui fugerent. Omnes autem suscipiebãtur à Romanis, quòd Titus nimia lenitate priora præcepta neglexerat: ipsíque milites iam & spe lucri, & satietate, cædibus temperabant. Sola enim relicta plebe, aliud vulgus cum coniugibus ac liberis, paruo quenque pretio venundabant. Cùm multi autem distraherentur, & emptores pauci essent, quanquam voce præconis edixerat, ne quis solus transfugeret: vt eo modo familias suas educerent, tamen hos quoque recipiebat: appositis, qui ab his secernerent, si quis dignus supplicio videretur. Et infinita quidem multitudo væniit. Ex populo verò seruati sunt plusquam quadraginta millia, quos imperator quomodo cuique gratum erat, dimisit. Iisdem autem diebus etiam sacerdotum vnus, filius Thebuthi, nomine Iesus, accepta fide salutis à Cæsare, vt de sacris donariis quædam traderet, egreditur, ac tradit ex fani pariete candelabra duo, his quæ in templo erant posita, similia: mensásque & crateras, & pateras, omnia ex auro solido & grauissimo facta. Tradit etiam vela, pontificum indumenta, cum gemmis, & vasa multa sacrificio comparata. Quinetiam custos sacræ pecuniæ comprehensus, Phineas nomine, vestes & cingula sacerdotum ostendit, multámque purpuram & coccum, quæ ad vsum reposita catapetasmatis seruabantur. Cum quibus aliquantum cinnamomi erat, casiæ, pigmentorúmque aliorũ multitudo, quibus commixtis Deo in dies singulos adolebant. Tradita sunt autem ab eo & ex aliis opibus multa, & sacra ornamenta non pauca: quorum gratia, licèt vi capto, vt transfugæ tamen data est venia.

CAP. XVI. De occupata reliqua parte ciuitatis.

IAm verò perfectis aggeribus, Septembris mensis die septimo, qui erat à cœpto opere octauus & decimus dies, Romani quidem machinas admouebant. Seditiosorum autem alij, qui ciuitatem desperauerant, muris relictis in Acram recedebant, alij se in cloacas demittebant: multi dispositi prohibebant eos qui arietes applicarent. hos autem superabant multitudine ac virtute Romani: quódque maximũ est, læti mœstos atque iam debiles. Cùm autem pars esset aliqua muri subruta, nonnullæque turres arietibus pulsatæ cessissent, statim qui dem propugnatores earum diffugiunt: timor autem etiam tyrannos necessitate maior inuadit. nam & priusquam transgrederentur hostes, torpore tenebantur, & ad fugiendum suspensi erant. Videres autem paulò ante superbos, & factis impiis arrogantes, ita tunc humiles esse ac tremere, vt miseranda esset, quãquam in nequissimis, tanta mutatio. Conati sunt quidem ambitu & muro, quo mœnia cingebantur, inuaso atque perrupto, custodes pellere, atque egredi:

ἢ τοὺς ἄνδρας ἀνέπεμψε. ὧν δ᾽ ἀποχωρεῖν, αἰσθάνεται σίμων, ἢ πέντε μὲν τοὺς ἀπελθόντας πρὸς τίτον, λύθεως ἀναιρεῖ· τοὺς δ᾽ ἡγεμόνας, ὧν ὀπισημότατος ἦν ὁ τοῦ σωσᾶ ἰάκωβος, συλλαβὼν εἱρχνυσι. τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἰδουμαίων ἀμηχανῶν διὰ τὴν ἀφαίρεσιν τῶν ἡγεμόνων ἀφύλακτον εἶχε, ἢ τὸ τεῖχος φρουρᾶς ὀπιμελεστέρας διελάμβανεν· ἀμὲν αὐτῶν οἱ φεύγοντες πρὸς τὰς αὐτομολίας ἴσχυον. ἀλλὰ καίτοι πλείων φονευομένων, πολὺ πλείους οἱ διαφθεύγοντες ἦσαν. ἐδίωκον δὲ ῥωμαῖοι πάντας, τοῦτο μέτριον διὰ τὸ πρόσπεσον τῶν πρώτων ἀμελήσαντος αὐτοῖς τοῦ τίτου, ἢ αὐτοὶ κόρον τοῦ κτείνειν ἀπεχόμενοι, ἢ κέρδους ἐλπίδι. τοὺς γὰρ δημοτικοὺς καταλιπόντες μόνους, τὰ ἄλλον ὄχλον ἐπώλουν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐλαχίστης τιμῆς ἕκαστον, πλήθει τε τῶν πιπρασκομένων, ἢ ὀλιγότητι τῶν ὠνουμένων. καίπερ δὲ πρηρύξας μηδένα μόνον αὐτομολεῖν, ὅπως ἢ γλυκεῖαν ἐξαγάγοιεν, ὅμως ἢ τούτους ἐδέχετο· ἐπίστευε γάρ τοι τοῖς διακινδυνεύουσιν ἀπ᾽ αὐτῶν, εἴ τις εἴη κολάσεως ἄξιος. ἢ τῶν μὲν ἀπεμποληθέντων, ἀπείρῳ τι πλῆθος ἦν. οἱ δημοτικοὶ δὲ διεσώθησαν ὑπὲρ τετρακισμυρίους, οὓς διαφῆκε καῖσαρ, ἢ φίλον ἦν ἑκάστῳ.

Κεφάλαιον μα.

ΕΝ δὲ τοῖς αὐταῖς ἡμέραις, ἢ τῶν ἱερέων τις θεμιστεὶ σωᾶς ἰησοῦς ὄνομα, λαβὼν παρὰ σωτηρίας ὅρκους παρὰ καίσαρος, ἐφ᾽ ᾧ παραδώσει τινὰ τῶν ἱερῶν κειμηλίων, ἔξεισι, καὶ παραδίδωσιν ἀπὸ τοῦ τοίχου τοῦ ναοῦ, λυχνίας δύο, τὰς κατὰ τὸν ναὸν κειμήλιας παραπλησίας, ξαντίζας τε, ἢ κρατῆρας, ἢ φιάλας, πάντ᾽ ὀλόχρυσα, ἢ σιβαρώτατα. παραδίδωσι δὲ ἢ τὰ καταπετάσματα, καὶ τὰ ἱμάτια τῶν ἀρχιερέων, σὺν τοῖς λίθοις. ἢ πολλὰ τῶν πρὸς τὰς ἱερουργίας σκευῶν ἄλλα. συλληφθεὶς δὲ ἢ ὁ γαζοφύλαξ τοῦ ἱεροῦ φινέας ὄνομα, τοῖς τε χιτῶνας, ἢ τὰς ζώνας ἐπέδειξε τῶν ἱερέων, πορφύραν τε πολλὴν ἢ κόκκον, ἃ πρὸς χρείας ἀπέκειτο τοῦ καταπετάσματος· σὺν οἷς κιναμώμου τε πολὺ καὶ κασίαν, ἢ πλῆθος ἑτέρων ἀρωμάτων, ἃ συμμίσγοντες ἐθυμίων ὁσημέραι τῷ θεῷ. παρεδόθη δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ πολλὰ ἢ τῶν ἄλλων κειμηλίων, κόσμος θ᾽ ἱερεῖς ἱκανὸς ὀλίγοις, ἅπερ αὐτῷ βίᾳ ληφθέντι, τῶν αὐτομόλων συγγνώμην ἔδωκε.

Κεφάλαιον μβ.

ΣΥντετελεσμένων δ᾽ ἤδη ἢ τῶν χωμάτων ἑβδόμῃ ἐπὶ δεκάτῃ μηνὸς, ἐν ἑκκαιδέκατη ἡμέρᾳ, ῥωμαῖοι μὲν προσῆγον τὰς μηχανάς. τῶν δ᾽ ἀστασιαστῶν, οἱ μὲν ἀπεγνωκότες ἤδη τὴν πόλιν, ἀνεχώρουν ἐκ τοῦ τείχους εἰς τὴν ἄκραν· οἱ δ᾽ ἐκατέδυοντο εἰς τοὺς ὑπονόμους· πολλοὶ δὲ διασάντες ἠμύοντο τοῖς προσάγουσι τὰς ἐλεπόλεις. ἐκρέμοντο δὲ ἢ τέτρωντο ῥωμαῖοι, πλήθει τε ἢ βίᾳ, καὶ τὸ μέγιστον, δυθυμουμένοις ἀθύμων ἤδη, ἢ παρημένων. ὡς δὲ προερράγη μέρος τι τοῦ τείχους, καί πως τῶν πύργων τυπτομένοις τοῖς κριοῖς ἐνέδοσαν, φυγὴ μὲν εὐθέως τῶν ἀμυνομένων, δέος δὲ ἢ τοῖς τυράννοις ἐμπίπτει σφοδρότερον τῆς ἀνάγκης. πρὶν γὰρ διαβῆναι τοὺς πολεμίους, ἐναρκῶν τε ἢ μετέωρος πρὸς φυγὴν ἦσαν. εὐθὺ δ᾽ ἰδίᾳ τοῖς πάλαι σφαλεῖσι, ἢ τοῖς ἀσεβήμασιν ἀλαζόνας, τότε ταπεινοὺς ἢ δέοντας, ὡς ἐλεεινὸν εἰ καὶ περ ἐν πονηροτάτοις τὸ μεταβολὴν. ὥρμησαν μὲν οὖν τὸ περιτείχισμα δεδεμένοι, ὥσασθαί τε τοὺς φεύγοντας, καὶ διακόψαντες ἐξελθεῖν.

ὡς ἢ

ὡς ἢ τοὺς μὲ πάλαι πιστοὺς ἑώρων ἀδαμοῦ, διέφυγον δὲ ὅπῃ τινὶ σωτηρίᾳ δόντες ἢ ἀνάγκη. προσθέοντες ἤ, οἱ μὲ ὅλον ἀπατεῶσθαι τὸ πρὸς δύσιν τεῖχος ἤγγελλον, οἱ δ' ἐμβεβληκέναι τοὺς ῥωμαίους, οἱ δ' ἤδη τε πλησίον ἐν ζητοῦντας αὐτοὺς, ἕτεροι δ' ἀφορᾶν ὅπῃ τῶν πύργων πολεμίους ἔλεγον πλάζοντος τὰς ὄψεις τοῦ δέους, ὅπῃ σῶμα πεσόντες, ἀνώμοζον τ' ἑαυτῶν φρενοβλάβειαν. καὶ καθάπερ ὑπονεκομμένοι τὰ νεῦρα, οὐ φυγῆς ἐπόρευν. ἔνθα δὴ μάλις' ἄν τις καταμάθοι τιῶ τε τοῦ θεοῦ δύναμιν ὅπῃ τοῖς ἀνοσίοις, καὶ τ' ῥωμαίων τύχῃ. οἱ μὲν γὰρ τύραννοι, οὐ ἀσφαλείας ἐγύμνωσαν ἑαυτοὺς, καὶ τῶν πύργων κατέβησαν ἑκόντες, ἐφ' ὧν βίᾳ μὲν οὐδὲ ποτ' ἀλῶναι μόνῳ σ' ἐδύναντο λιμῷ. ῥωμαῖοι δ' τοσαῦτα τοῖς ἀθενεσέρεις τείχεσι καμόντες παρέλαβον τύχῃ τὰ μὴ δυνατὰ τοῖς ὀργάνοις. παντὸς γὰρ ἰσχυρότεροι μηχανήματος ἦσαν οἱ ἓξ εἷς πύργοι, οὓς ὧν ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν. καταλιπόντες δὴ τούτους, μᾶλλον σ' ὑπὸ τοῦ θεοῦ καταβληθέντες ἀπ' αὐτῶν, ὡς δαιμόνιον μὲν εἰς τιῶ ὑπὸ σιλοᾶ φάραγγα καταφύγοσιν. αὖθις δ' ὀλίγον ἀνακύψαντες ὑπὸ τοῦ δέους, ὥρμησαν ὅπῃ τὸ τῆδε πρὸς εἶχισμα. χρησάμενοι δ' τ' τόλμας ἀγχεσέρας τ' ἀνάγκης, κατέκησαν γὰρ ἤδη τ' ἰσχνῶ ἄματι τοῦ δέους καὶ τ' συμφορᾶς, ὑπὸ τῶν φρενῶν ἀνωθουῦται, καὶ σκεδασθέντες ὑπ' ἀλλήλων, κατέδυσαν εἰς τοὺς ὑπονόμους. ῥωμαῖοι δ' τῶν τειχῶν κρατήσαντες, τάς τε σημαίας ἔστησαν ὅπῃ τῶν πύργων, καὶ μ' κέρτου καὶ χαρᾶς ἐπαναίζον ὅπῃ τῇ νίκῃ, πολὺ τ' ἀρχῆς κρείττονα τοῦ πολέμου τὸ τέλος οὐρηκότες. ἀναμωτὶ γοῦν τοῦ τελευταίου τείχους ὑπερβάντες ἐπίσω, καὶ μηδένα βλέποντες αὐτόπαλον, ἀθρόως ἐπορεύοντο. εἰσρυθέντες δ' τοῖς στενωποῖς ξιφήρεις, τούς τε καταλαμβανομένους ἐφόνευον ἀνέδην, καὶ τῶν συμφευγόντων τὰς οἰκίας, αὐτάνδρους ὑπεπίπρασαν. πολλὰ δ' κερδαίζοντες, ὁπότ' ἔνδον παρέλθοιεν ἐφ' ἁρπαγὴν ὅλας νεκρῶν κατελάμβανον, καὶ τὰ δώματα πλήρη τῶν τ' λιμοῦ πτωμάτων. ἔπειτα προς τ' ὄψιν προσφερόμενοι, κενὰς χερσὶν ἐξήεσαν. ὑμὴν οἰκτείροντες τοὺς ἔτως ἀπολωλότας, ταυτὸ καὶ προς τοὺς ζῶντας ἔπασχον. ἀλλὰ τ' ἐντυχόντα διελαύνοντες, ἀπέφερξαν μὲν τοὺς στενωποὺς νεκροῖς, αἵμασι δ' ὅλην τ' πόλιν κατέκλυσαν, ὡς πολλὰ τῶν φλεγομένων σβεσθῆναι τῷ φόνῳ. καὶ οἱ μὲ κτείνοντες, ἐπαύσαντο προς ἑσπέραν, ἐν δ' τῇ νυκτὶ, τὸ πῦρ ἐπεκράτει. φλεγομένοις δ' ἐπανέτειλεν ἱεροσολύμοις ἡμέρα χαρπαλέως μιῶς ὁδοῦ, πόλει τοσαύταις χρησαμένῃ συμφορᾶις καὶ τὴν πολιορκίαν, ὅσοις ἀπ' κτίσεως ἀγαθοῖς κεχρημένῃ, πάντως ἂν ὀλίφθονος ἔδοξεν, εἰ μὲν ἀξία κατ' ἄλλο τῶν τηλικούτων ἀτυχημάτων, ἢ τοιαύτῃ συνεκκεῖν, ὑφ' ἧς συνεξέπη.

Κεφάλ. μγ.

Παρελθὼν δ' πῦρ εἰσω, τάτ' ἄλλα τ' ὀχυρότητος τιῶ πόλιν, καὶ τῶν πύργων ἀπεθαύμασεν, οὓς οἱ τύραννοι κατὰ φρενοβλάβειαν ἀπέλιπον. καπδὼν γὰρ τότε νεὼν αὐτῶν ὕψος, καὶ τὸ μέγεθος ἑκάστης πέτρας, τιῶ τε ἀκριβειαν τῆς ἁρμονίας, καὶ ὅσοι μὲν εὖρος, ἡλίκοι δ' ἦσαν τιῶ ἀνάτασιν, σὺν θεῷ γ' ἐπολεμήσαμεν ἔφη, καὶ θεὸς ἦν ὁ τῶν δὲ τῶν ἑρυμάτων ἰουδαίους καθελών. ἐπεὶ χεῖρες τε ἀνθρώπων ἢ μηχαναὶ, τί πρὸς τοῦτοις τοὺς πύργοις δύναντο; τότε

cùm verò, quos antea fideles habuerant, nusquam viderent, fugiebant quò quemque necessitas impulisset. Adeuntes autem alij cùm totum ab Occidente murum subuersum esse nunciarent, alij subisse Romanos, ac etiam propinquare se quærentes, alij etiam videre hostes in turribus affirmarent, metu fallente conspectum, in ora prostrati, pro sua dementia querebantur: ac veluti succisi neruos, quà fugerent hæsitabant. Vnde & maximè quis, & virtutem Dei perspexerit contra iniustos, & fortunam Romanorum. Tyranni siquidem semetipsos tuitione priuauêre, ac sponte de turribus descendêre: vnde vi nunquam, sola verò fame capi poterant. Romani verò qui tantum in muris inferioribus laborauerant, eos quos instrumentis non potuissent, nunc fortuna cepêre. Omnibus enim machinis, tres turres validiores erant, de quibus suprà memorauimus. Relictis itaque his, vel (quod est verius) Dei nutu ab his depulsi, confestim quidem ad vallem Siloam confugêre. rursum autem vbi à metu paululum respirauerunt, munitionem qua murus erat accinctus ex ea parte petiêre. Vsi autem infirmiori audacia, quàm necessitate (iam enim vires eorum labor, metus & calamitas fregerat) à custodibus retruduntur, & per diuersa dissecti, in cloacis delitescunt. Romani verò muris potiti, signa in turribus posuêre: & plausu atque lætitia victoriam & cantu celebrabant, quòd principio finem belli multò senserant leuiorem. Denique sine sanguine murum nacti, nouissimum non esse credebant, cúmque nullum reluctantem viderent, pro incerto mirabantur. In angustias autem viarum strictis gladiis fusi, & quos cepissent interficiebant nullo discrimine: domósque totas, cum omnibus qui eò confugerant, igni tradebant. Multas verò vastantes quas prædæ causa penetrassent, integras mortuorum familias, & plena mortuis tecta, quos fames confecerat, offendebant. Ipsum deinde horrentes aspectum, vacuis manibus egrediebantur. Nec tamen eo modo peremptos miserantes idē etiam circa viuos patiebantur: sed vnumquenque obuium transfigendo, & angusta viarum cadaueribus obstruendo, totam ciuitatem sanguine diluêre, vt pleraque incensorum cędes extingueret. Et occidentes quidem vespere cessabant, nocte verò crescebat incendium. Ardentibus autem Hierosolymis, illuxit dies Septembris mensis octauus ciuitati, tot clades cùm obsideretur expertæ, quot bonis si vsa esset ex quo fuerat condita, inuidenda fuisset: nulla tamen alia re tantis infelicitatibus digna, nisi quòd talem progeniem qua subuersa est, edidit. Intro autem Titus ingressus, & alia, & ciuitatis munitiones ac turriū cautes miratus est, quas tyranni per dementiam deseruerant. Conspecta quidem earum solida altitudine, itémque magnitudine, subtilíque lapidū compagine singulorū, quantúmque paterent vel quantum erigerentur, Deo, inquit, planè adiuuante pugnauimus: & Deus erat, qui detraxit ab istis munimentis Iudæos. Nam quæ hominum manus, aut quæ machinæ ad istas valerent? Tunc

quidem multa eiusmodi cum amicis collocutus est : quos verò à tyrannis vinctos in castellis reperit, relaxauit. Cùm autem alia ciuitatis deleret, murósque subuerteret, eas turres fortunæ suæ monimentum reliquit: qua commilitante his potitus fuisset, quæ capi non potuissent. Quia ergo milites interficiendo defatigabantur, magnáque adhuc extabat superstitum multitudo, solos quidem armatos Cæsar, & qui manum opponerent, iubet interfici, reliquam verò multitudinem saluam esse. Illi autem cum his quos occidi mandatum fuerat, etiam senes, ac debiles trucidabant: vegetos autem atque vtiliores coactos in templum in destinatum mulieribus ambitum concluserunt. Custodem autem his Cæsar apposuit vnum ex libertis. & amicum suum Frontonem, qui fortunam quam quisque meritus esset, decerneret. Ille autem latrones quidem omnes, atque seditiosos, cùm alius ab alio indicaretur, occidit : iuuenes autem lectos, qui procero atque formoso essent corpore, triumpho seruabat: ex residua multitudine septem & decem maiores annis, vinctos mittit ad Ægyptum, operibus deputandos. Plurimos autem per prouincias Titus distribuit, in spectaculis ferro & bestiis consumendos. Qui verò infra decimum & septimum annum ætatis agerent, venditi sunt. Iisdem autem diebus, quibus secernebantur à Frontone, mortui sunt fame duodecim millia, quibus partim odio custodum non præbebatur cibus, partim ipsi victus fastidio tenebantur. Erat autem præ multitudine hominum frumenti penuria.

A μὲν οὖν πολλὰ τοιαῦτα διῃλέχθη πρὸς τοὺς φίλους ὁ τῶν τυράννων δεσμώτας οἰκτείρησας ἐν τοῖς φρουρίοις ἀπῆκεν. αὖθις ὁ τὰ ἄλλα ἀφανίζων πόλιν, καὶ τὰ τείχη κατασκάπτων, τούτους τοῖς πύργοις κατέλιπε μνημεῖον εἶναι τῆς αὐτοῦ τύχης, ἣν συστρατιώτῃ χρησάμενος ἐκράτησε τῆς ἀλωνας μὴ δυναμένων.

Κεφάλ. μδ'.

B Ἐπεὶ δ' οἱ στρατιῶται μὲν ἐκαμνον ἤδη φονεύοντες, πολὺ δέ τι πλῆθος τῶν πρεσβυτέρων ἀνεφάνη, κελεύει καῖσαρ, μόνους μὲν τοὺς ὁπλίτας καὶ χεῖρας αἰτησάντας κτείνειν, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, ζωγρεῖν. οἱ δὲ μὴ τὰ παρηγγελμένων τό, τε γηραιὸν, καὶ τοὺς ἀσθενεῖς αἴροντο. τὸ δ' ἀκμάζον καὶ χρήσιμον εἰς τὸ ἱερὸν συνελάσαντες, ἐκατέκλεισαν τῆς τῶν γυναικῶν περιτειχίσματι. καὶ φρουρὸν μὲν ἐπέστησε καῖσαρ, ἕνα τῆς ἀπελευθέρων. φέροντα δὲ τῶν φίλων, ὅτῳ κεῖνος τὰ ἀξίαν ἑκάστῳ τύχοι. ὁ δὴ τοὺς μὲν C σασιώδεις καὶ ληστρικοὺς πάντας ὑπ' ἀλλήλων συνέλεγε κυμβούς, ἀπέκτεινε. τῆς δὲ νέων τοὺς ὑψηλοτάτους καὶ καλοὺς ὁπλίξας ἑπτὰ τῆς θριάμβου, τῆς δὲ λοιποῦ πλῆθους τοὺς ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα ἔτη δήσας, ἔπεμψεν εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα. πλείστους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας διεδωρήσατο πέντε, φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις, σιδήρῳ καὶ θηρίοις. οἱ δὲ ἐντὸς ἑπτακαίδεκα ἐτῶν ἐπράθησαν. ἐφθάρησαν δ' αὐτῶν ἐν αἷς διέκειντο ὁ φέρτατα ἡμέραις ὑπ' ἐνδείας, χίλιοι πρὸς τοῖς μυρίοις. οἱ μὲν ὑπὸ μίσους τῆς φυλάκων, μὴ μεταλαμβάνοντες ψοφῆς, οἱ δὲ ὑ προσιέμενοι διὰ δόμφιλον. πρὸς δὲ τὸ πλῆθος ἦν ἔνδεια καὶ σίτου. Κεφάλ. με.

Cap. XVII. De numero captiuorum & peremptorum.

Ἐτ captiuorum quidem omnium qui toto bello comprehensi sunt, nonaginta & septem millium comprehensus est numerus, mortuorum verò per omne tempus obsidionis vndecies centum millia. Horum pleriique gentiles fuêre, sed non indigenæ : ab omnibus enim regionibus ad azymorum diem festum congregati, bello subito circumfusi sunt : vbi primò quidem illis pestifera lues ex loci angustia nasceretur, deinde citius fames. Quod autem caperet tantam hominum multitudinem ciuitas, certum erat ex his, qui sub Cestio fuerant enumerati. Is enim tunc vires ciuitatis ac florem Neroni significare cupiens, contemnenti nationem, à pontificibus petiit, vt si quo modo possent multitudinem numerarent. Illi autem, cùm dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quando à nona quidem hora vsque ad vndecimam hostias cædunt, per singulas verò contubernia non pauciorum quàm decem virorum fiunt : solum enim epulari non licet, multi etiam viceni conueniunt: hostiarum quidem ducenta & quinquaginta sex millia & quingentas numerauêre. Fiunt autem, vt denos epulatores per singulas imputemus, vicies centena ac septingenta millia, sancti omnes ac puri: nec enim leprosis siue vitiliginosis, aut semine fluentibus, quos gonoroicos vocant, neque mulieribus menstruo cruore pollutis, neque aliis iniquinatis participare sacrificia permittebatur : sed nec alienigenis quidem, nisi qui religionis causa venissent. Magna verò hæc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc tamen velut in carcerem tota gens fato concluſa est, & farta hominibus ciuitas bello obsidebatur.

